CODEX

DIPLOMATICUS LITHUANIAE.

E

CODICIBUS MANUSCRIPTIS, IN ARCHIVO SECRETO REGIOMONTANO ASSERVATIS,

EDIDIT

Eduardus Raczyński.

VRATISLAVIAE,
sumptibus Sigismundi Schletter.
1845.

PRAEFATIO.

Codex Lithuaniae Diplomaticus, quem ex Tabulario Secreto Regiomontano depromptum nunc in publico propono, cum materiam praebeat illustrandis quae inter Lithuaniam et Ordinis Teutonici Equites intercesserunt rationibus, non inutilis mihi videtur fore iis qui Lithuaniae historiae perscrutandae operam navaverint. Idem vero, nisi magnopere me animus fallit, nonnulla continet, quae rerum Polonicarum scriptores aut omnino adhuc ignorarunt, aut non recte exposuerunt. Insunt epistolae Mindovii Regis, Gedimini Magni Ducis, Jagaili, qui Poloniae rex factus Vladislai Jagiellonis nomine ad satis magnam claritudinem pervenit.

Quemadmodum autem quidquid historiarum scriptoris studium excitare posset hoc libro complectendum putavi, ita ne leviora quidem praetermittenda censui documenta, quae quidem ad supplendam rerum cognitionem pertinere viderentur. Ita non pacis modo condiciones et gravissimae legatorum actiones reperientur, sed etiam familiares legentur epistolae et Magni Magistri, quibus Rex ad magnam venationem invitatur, et Regis, quibus Magno Magistro gratias agit dono accepto bene condocefactorum falconum venaticorum. Quodnisi omnia me fallunt, in codice diplomatico nihil est leve putandum. Historico prudentis architecti instar delectus faciendus est materiae quae ei suppetit. Cuius quae alius supervacanea et inutilia esse ratus intacta relinquit et contemnit, eadem alii ad structuram magis modicam usui esse possunt.

Denique laeto animo hac utor occasione ut debitas gracias agam I. Voigtio, Professori Regiomontano, Viro Clarissimo, qui his copiis in Tabulario Secreto investigandis benignissime praefuit.

E. Raczyński.

Index.

Caput I.

Acta diplomatica Lithuaniae, regnante Mindovo rege.

Caput II.

Acta diplomatica Lithuaniae, regnante duce Gedimino.

Pagina.

Caput III.

Acta diplomatica regnante Jagalo duce ab anno 1379 usque ad annum 1483.

Caput IV.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, jam rege Poloniae, ab anno 1391 ad finem seculi decimi quarti.

Caput V.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, ab anno 1404 ad annum 1410.

Ad Caput V.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1410.

Caput VI.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1411 ad 1412.

Caput VII.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1413.

Caput VIII.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1414.

Caput IX.

Acta diplomatica regnante Vladislao, de anno 1415—1416.

Caput X.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1417 ad 1418.

Caput XI.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1419.

Caput XII.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone de anno 1420.

Caput XIII.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1421 ad annum 1423.

Caput XIV.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1423 ad 1427.

Caput XV.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1428 — 1430.

Pagina.

Caput XVI.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1430 ad annum 1432.

Caput XVII.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1431 — 1434.

Caput XVIII.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone. Sine datis.

I.

Acta

diplomatica, regnante Mindovo rege.

I.

Akta

do panowania Mindowy.

Caput I.

Acta diplomatica Lithuaniae, regnante Mindovo rege.

Rozdział I.

Akta dyplomatyczne Litwy za panowania króla Mindowy.

I.

Annus 1253.

Commissum Innocencii IV. Pontificis Maximi, quo Archiepiscopo Livoniae commendat episcopum Livoniae a rege (Mindovo) recenter gregi fidelium adscripto, nominatum, consecrare, et jus jurandum episcopi sibi mittere.

Rok 1253.

Polecenie Innocentego IV. Papieża arcybiskupowi inflanckiemu, aby biskupa litewskiego, nominowanego przez świeżo do wiary chrześciańskiej nawroconego króla litewskiego, konsekrował i jemu (papieżowi) akt przysięgi biskupa przesłał.

Innocentius servus servorum dei. Venerabili Fratri. Archiepiscopo Livonie ac Prussie, Salutem et apostolicam benediccionem. Insinuavit nobis pridem Carissimus in christo Filius noster. Illustris Rex Lethovie de novo conversus ad cultum Fidei christiane, quod Ferventer in voto gerebat ut Episcopalis sedes in suis partibus haberetur, maxime cum ipse de novo in expensis suis paratus esset erigere cathedralem ecclesiam, ac ipsam dotare magnifice pro dei gloria et honore. Nos quidem piis ejus desideriis annuentes. tibi sub certa Forma

dedimus nostris litteris in mandatis, ut personam ydoneam ad requisitionem ipsius Regis eidem ecclesie auctoritate nostra preficeres in Episcopum et pastorem. Postmodum autem idem Rex per litteras affectione plenas petivit a nobis, ut de Fratre Christiano de domo Theutonicorum in Livonia, viro utique litterato provido et honesto, quem secum tempore sue conversionis habuit, et iuxta se in Futurum habere desiderat, predicte provideri ecclesie Faceremus. Quia vero decens et dignum esse dinoscitur, ut sepedictus Rex benignitatem sedis apostolice gratiosam et affabilem sibi gaudeat invenisse. Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus de predicto Fratre cum super hoc ab eodem Rege requisitus extiteris. auctoritate nostra ecclesie memorate provideas et associatis tibi duobus vel tribus convicinis Episcopis, ei munus consecrationis impendas. Faciens sibi a subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. Recepturus ab eo postmodum pro nobis et ecclesia Romana Fidelitatis solite iuramentum iuxta Formam . . . . nostram mittimus interclusam. Formam autem iuramenti quod ipse prestabit, de verbo ad verbum nobis per eius patentes litteras . . . . nuncium quantocius destinare procures. Nos enim nichilominus irritum decernimus et inane siquid super hoc contra mandati nostri tenorem contigerent attemptari. Datum Asissii XII Kalend. Septembr. Pontificatus nostri anno undecimo.

(Bulla originalis [parte quadam paullulum laesa] in secreto Arch. Regiomontanensi reposita. Lada III. No. 55.)

II.

Annus 1254.

Transumptum privilegii regis Mindove, quo Episcopo Lithuaniae, Christiano, terras quasdam donat.

Rok 1254.

Transumpt przywileju Króla Mindowy, którym biskupowi litewskiemu Krystyanowi pewne posiadłości nadaje.

In nomine domini amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesimo. CCC°. secundo. Indiccione quinta. Sanctissimi in cristo patris ac domini domini nostri Clemen-

tis divina providencia pape Sexti anno decimo. mensis martii die ultima. hora vesperarum vel quasi. In presencia mei Notarii et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum. Religiosus vir in cristo devotus Frater Goswinus de Herike Magister Fratrum domus Theutonicorum Ierosolimit. per Lyvoniam in domo habitacionis sue in Castro Rige quasdam patentes litteras Olim Myndowe Nobilis Regis Lettowinorum cum vero suo Sigillo integro in pressula pergameni appendenti. non abolitas. non rasas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas seu suspectas exhibuit et in instrumentum publicum redigi peciit, quarum tenor sonuit in hec verba.

Myndowe dei gracia Rex Lettowie. omnibus cristi Fidelibus ad quos presens Scriptum pervenerit Salutem in domino Ihesu. Universitatem vestram scire volumus. quod nos de maturo consilio nostrorum recepimus venerabilem patrem dominum Cristianum. quem consecrari postulavimus in Episcopum Regni nostri, mittentes ipsum in corporalem possessionem assignantes eciam eidem pro dote Rossegene medietatem. Betegallen medietatem Lokowe medietatem. In cuius rei perhennem memoriam presentem paginam Sigillo nostro Fecimus communiri. Acta sunt hec presentibus et consencientibus Filiis nostris Replen et Gerstuchen. Parbsen Fideli nostro. Anno domini Millesimo. C C° LIIII°. quarto ydus M . . . . domini . Indiccione . mense . die . Pontificatu . et loco prenotatis. Presentibus honorabilibus et Religiosis viris Fratribus. Priori Fratrum predict . . . . Gardiano fratrum minorum in Riga . quorum Sigillis presencia in testimonium evidencius sunt munita p . . . . am Famosis . . . . . . dicto Wacken . Goswino de Lamestorpe . et aliis pluribus Fide dignis ad . pre . . . . vocatis et rogatis.

Et ego Wulfardus de buren. Paderbornensis dyoces. Clericus. Publicus Imperiali auctoritate Notarius, una cum prenominatis testibus exhibicioni prescriptarum litterarum presens interfui et eas de verbo ad verbum Fideliter transcripsi et in hanc Formam publicam redegi . nil addens vel minuens quod viciet sensum aut mutet intellectum . meoque signo consueto et nomine signavi requisitus et rogatus.

(Documentum-originale in secreto Arch. Regiomont. repositum. Lada XI. No. 8.)

[Scriptum paullulum laesum; inde supra notatae lacunae.]

III.

Annus 1254.

Innocentius IV. Pontifex Maximus, Hospitale Ordinis sanctae Mariae theutonicorum in Livonia, specialiter autem castra Allecten, Calve, Selen, Medene et Mitczegale in protectionem suam suscepit.

Rok 1254.

Innocenty IV. Papież, Szpital Zakonu P. Maryi a Inflantach, mianovicie zaś zamki Allecten, Calve, Selen, Medene i Miteregale pod opiekę swoję przyjmuje.

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilectis Filiis . . Magistro et Fratribus hospitalis sancte Marie theutonicorum in lyvonia. Salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles Filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur . eos tamquam pia mater sue protexionis munimine confovere. Eapropter dilecti in domino Filii . vestris justis postulacionibus grato concurrentes assensu . personas et hospitale vestrum . in quo divino estis obsequio mancipati . cum omnibus bonis que in presenciarum racionabiliter possidete, aut in Futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protexione suscipimus Specialiter autem de Allecten . Calve Selen . Medene . Mitczegale Castra seu municiones et eorum villas necnon possessiones et alia bona vestra, omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protexionis et confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit . indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Asissii X Kalend. Iunii pontificatus nostri anno undecimo.

(Transsumtum de anno 1393 in secreto Arch Regiomont. repositum. Lada XI No. 5.)

IV.

Annus 1254.

Innocentius IV. Pontifex Maximus confirmat Ordini possessionem aliquarum terrarum, a rege Mindovo illi donatarum.

Rok 1254.

Innocenty IV. Papież potwiérdza zakonowi posiadłości pewne przez Króla Mindowę nadane.

Innocentius Episcopus servus servorum dei. Dilectis Filiis .. Magistro et Fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Lyvonia Salutem et apostolicam benediccionem. Ex tenore vestre peticionis accepimus. quod carissimus in cristo Filius noster. Illustris Rex Lettowie de novo conversus ad cultum Fidei cristiane. Wangen et Carsouwe terras. ac medietatem locorum que Dainowe et Rassione vulgariter appellantur. necnon quedam alia loca et bona vobis et hospitali vestro prout asseritis pia et provida liberalitate sicut ad eum noscitur pertinere donavit. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati. quod ab eodem Rege in hac parte provide Factum est. et in alicuius preiudicium non redundat. ratum et Firmum habentes id auctoritate apostolica confirmamus et presentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Assisii XII. kalend. Septembris Pontificatus nostri anno undecimo.

(Transsumtum de anno 1352 in secreto Arch. Regiomont. repositum. Lada XI. No. 11.)

V.

Annus 1254.

Innocentius Papa juramentum Christiani episcopi Lithuaniae, receptum ab archiepiscopo Rigensi, annihilat, et episcopo nuenburgensi jubet, idem a Christiano recipere.

Rok 1254.

Innocenty Papież przysięgę Krystyana biskupa litewskiego, świeżo przed arcybiskupem rygskim złożoną, unieważnia i nakazuje, aby ją od tegoż Chrystyana odebrał biskup nuenburgskii.

Innocentius Episcopus servus servorum dei Carissimo in christo Filio Illustri Regi Lethovie salutem et apostolicam benedictionem, inclinati serenitatis tue precibus Venerabili Fratri nostro Archiepiscopo Lyvonie ac Pruscie prout accepimus, sub certa Forma dedimus nostris litteris in mandatis, ut kathedrali Ecclesie quam tu in partibus tuis de novo sub propriis expensis erigere ac dotare magnifice intendebas, Venerabilem Fratrem nostrum Christianum Episcopum Lethovie tunc Fratrem presbyterum Hospitalis sancte Marie theuthunicorum in Livonia, ad requisitionem tuam auctoritate nostra preficeret in Pastorem, et ei munus consecracionis impenderet ac debitam obedientiam et reverentiam Faceret a subditis exhiberi, recepturus ab eo postmodum pro nobis et ecclesia Romana Fidelitatis solite iuramentum iuxta Formam quam eidem sub bulla nostra misimus interclusam, sane idem Archiepiscopus prius quam ad ipsum huiusmodi nostre littere pervenissent, de ipso Christiano providit ecclesie memorate iuramentum Fidelitatis sue et ecclesie sue nomine ab ipso recipiens, licet hoc de intentione nostra nullatenus exstitisset maxime cum terra Lethovie sit iuris et proprietatis beati Petri ac pro tue sublimitatis honore nullum ibi esse velimus Episcopum qui alii quam Romano Pontifici sit subiectus, Quia vero tu postmodum a Nobis per affectuosas litteras postulasti ut super hoc providere de circumspectione sedis apostolice curaremus, Nos tuis precibus annuentes, eundem Episcopum ad observanciam predicti iuramenti predicto archiepiscopo taliter prestiti decernimus aliquatenus non teneri, Volumus tamen quod ipse Venerabili Fratri nostro Episcopo Nuenburgensi si cui super hoc scripta nostra dirigimus exhibeat pro nobis et ecclesia

Romana Fidelitatis solite iuramentum iuxta Formam litterarum quam super hoc transmisimus Archiepiscopo memorato, Datum Anagnie tercio nonas Septembris Pontificatus nostri anno duodecimo.

(Transumptum originale de anno 1383 invenitur in archivo secreto regiomontano; lada III. No. 61.)

VI.

Annus 1254.

Innocentius IV. Papa certiorem facit episcopum Dorpatensem, juramentum Christiani episcopi Lithuaniae coram Archiepiscopo Rigensi praestitum, nullius esse valoris, commendat tamen episcopo dorpatensi, ne permittat eundem Christianum molestari.

Rok 1254.

Innocenty IV. Papież uwiadomia biskupa dorpackiego, że przysięga Krystyana, biskupa litewskiego, złożona przed arcybiskupem rygskim nie jest ważną, zaleca mu atoli, aby Krystyanowi niedał zadnej krzywdy od kogożkolwiekbądź robić.

Innocentius Episcopus servus servorum dei Venerabili Fratri Episcopo Tarbatensi salutem et apostolicam benedictionem, inclinati precibus Carissimi in christo Filii nostri Illustris Regis Lethovie de novo conversi ad cultum Fidei christiane Venerabili Fratri nostro Archiepiscopo Lyvonie ac Prusie, prout accepimus sub certa Forma dedimus nostris litteris in mandatis, ut kathedrali Ecclesie quam dictus Rex in partibus suis de novo sub propriis expensis erigere ac dotare magnifice intendebat, Venerabilem Fratrem nostrum Christianum Episcopum Lethovie tunc Fratrem presbyterum Hospitalis sancte Marie teuthunicorum in Livonia ad requisicionem Regis eiusdem auctoritate nostra preficeret in Pastorem et sibi munus consecracionis impenderet ac debitam obedientiam

Faceret a subditis exhiberi recepturus ab ipso postmodum pro Nobis et ecclesia Romana Fidelitatis solite iuramentum iuxta Formam quam sibi sub bulla nostra misimus interclusam, sane idem Archiepiscopus prius quam ad ipsum huiusmodi nostre littere pervenissent, de ipso providit ecclesie memorate iuramentum Fidelitatis suo et ecclesie sue nomine ab ipso recipiens licet hoc de intentione nostra nullatenus exstitisset, maxime cum terra Lethovie sit iuris et proprietatis beati Petri ac pro eiusdem Regis honore quem a sue conversionis inicio assumpsimus in Filium Ecclesie specialem et Regie dignitatis titulo fecimus insigniri, nullum ibi esse velimus Episcopum qui alii quam Romano Pontifici sit subiectus, Quia vero predicto Rege a nobis postmodum per affectuosas litteras postulante ut super hoc providere de circumspectione sedis apostolice curaremus, Nos eius precibus annuentes ipsum ad observanciam predicti iuramenti taliter prestiti decrevimus aliquatenus non teneri Nos provisionem de ipso factam per Archiepiscopum memoratum quem propter hoc in persona ipsa nullam iurisdictionem volumus optinere, ratam et Firmam habentes ipsam per litteras nostras duximus confirmandam, decernentes irritum et inane si quid postquam litteras nostras super provisione de ipso facienda concessimus sine speciali mandato nostro faciente de illis plenariam mencionem fuit ab aliquo, vel de cetero fuerit attemptatum, quocirca Fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus non permittas eundem Episcopum super hiis contra confirmacionis et constitucionis nostre tenorem, ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo non obstante si aliquibus personis loci vel dignitatis a sede apostolica sit indultum quod suspendi vel interdici aut excommunicari non possint, nisi de indulto huiusmodi sibi concesso plena et expressa seu de verbo ad verbum in nostris litteris mencio habeatur. Datum Anagnie duodecimo kalend. Octobris Pontificatus nostri anno duodecimo.

(Transumptum originale de anno 1388 invenitur in archivo regiomontano. Lada III. No. 61.)

VII.

Annus 1255.

Privilegium regis Mindove, quo terram Sellen, ordini S. Mariae Theutonic. donat.

Rok 1255.

Przywilej króla Mindowy nadający ziemię Selen zakonowi Niemieckiemu P. Maryi.

Myndowe dei gracia Primus Rex Lettowie universis cristi Fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Filio dei vivi. Cum dilecti nobis in cristo Magister et Fratres domus sancte Marie Theuton. in Lyvonia, sua Fideli ac diligenti persuasione de tenebris gencium nos vocarint ut cum ceteris cristi Fidelibus veritatis lumen eo levius agnoscere valeamus, et eorum auxilio mediante dominus apostolicus nos renasci fecerit per unde graciam baptismalis, et de sua solita clemencia, nos in Regem tocius Lettowie fecerit coronari, Cum itaque vigilanti sollicitudine meditaremur, quid ad eiusdem Regni conservacionem et protectionem nobis expediret, Fide conspeximus oculata, nobis fore valde necessarium ac proficuum Fidei cristiane, quatenus circa memoratos Magistrum et Fratres de Lyvonia, Donaciones regias faceremus. Licet tamen eorumdem perutilis Ordo ad huiusmodi ecclesie singulare subsidium, a domino sit feliciter institutus, ut ipsi in assistendo nobis eo fore valeant forciores, et nos eo liberius ac potencius impugnatoribus Regni nostri, Fidei que rebellibus resistere valeamus . et cum eciam nemo cogetur suis Stipendiis militare . de consensu heredum nostrorum predictis Magistro et Fratribus in Lyvonia Terram que Selen dicitur, videlicet Medene. Pelone. Maleysine. Thooraxe, cum suis attinenciis duximus assignandam, perpetuo libere possidendam. In cuius itaque Facti perhennem memoriam presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno M. CC. Lv. Mense Octobris.

(Privilegium originale invenitur in archivo secreto regiomontano cum sigillo regali Mindovae. Lada XI. No. 9.)

[In transumpto hujus privilegii sigillum Mindovae sic describitur: In Sigilli caractere erat sculpta ymago Regis sedentis cum sceptro in manu dextra et in manu sinistra cum pomo et una cruce super dicto pomo et in eius circumferenciis erant scripta verba que secuntur post quandam crucem, videlicet. Myndowe dei gracia Rex Litowie.)

VIII.

Annus 1257.

Rex Mindove donat ordini in Livonia aliquas terras ea conditione, ut ordo ei contra inimicos crucis auxilio assistet.

Rok 1257.

Król Mindowe nadaje zakonowi w Inflantach pewne ziemie pod warunkiem, aby mu zakon dawał pomoc przeciw nieprzyjaciołom krzyża świętego.

Myndowe dei gracia Rex Lettowie . universis presentes litteras inspecturis Salutem in nomine Ihesu cristi. Quum inspiracionis divine gracia faciente per consilium dilectorum nobis in cristo . . Magistri et Fratrum domus Theutonice de Lyvonia de tenebris gencium in ecclesie Ihesu cristi lumen sumus vocati ac renati per unde graciam baptismalis ac Sanctissimus Pater ac dominus noster Innocencius papa quartus personam . regnum et omnia bona nostra iurisdiccioni ac proteccioni apostolice Sedis subiciens auctoritate sua nos fecit coronari in Regem tocius Lettowie ac terrarum omnium quas divine virtutis auxilio iam eripuimus de infidelium manibus vel eripere potuerimus in futurum . ut Fine laudabili valeat consumari . quod in nobis est inchoatum. Fideique rebelles et turbatores regni nostri manu potenti reprimere valeamus . necessarium nobis vidimus . . Magistri et Fratrum auxilium predictorum . quod et ipsi nobis ferendum ut in eorum litteris super hoc confectis plenius continetur, sub iureiurando firmiter promiserunt. Quamvis autem milicia eorumdem Fratrum ordinis instituta noscatur contra Fidei et ecclesie turbatores et ipsi nobis sicut et plus quam ceteris cristianis auxilium suum ferre essent parati absque obligacionis vinculo speciali et vitam eternam sufficiens sibi stipendium reputarent . tamen ut suam obligacionem in hac novitate nobis maxime necessariam efficatius in auxilio nobis ferendo valeant observare . terras inferius nominandas domui eorum de consensu heredum nostrorum contulimus cum omnibus attinenciis libere possidendas . ea condicione interposita . ut ipsi Fratres per se ac suos in expensis propriis materiali gladio auxilio et consilio nobis ac regni nostri legitimis successoribus assistant perpetuo contra nostros ac Fidei inimicos. Nomina autem terrarum hec sunt. Rasseyene medietatem. Loukowe medietatem. Betegalle

medietatem. Ergalle medietatem. Deynowe medietatem. Pamemene medietatem. Kulene totum. Carsowe totum. Crase totum. Niderowe totum. Weyzze totum . aliud Weyzze totum. Wanghe totum. In huius itaque rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine Fecimus roborari. Datum anno dominice incarnacionis. Millesimo . ducentesimo . quinquagesimo septimo.

(Transumptum invenitur in archivo secreto regiomontano. Lada XI. No. 11.)

IX.

Annus 1257.

Alexander IV. Papa, rogante rege Mindovo, confirmat donationem terrae Selen ordini theutonico, a rege factam.

Rok 1257.

Papież Alexander IV. na prożbę króla Mindowy, potwierdza nadanie ziemi Selen, zakonowi przez króla darowanej.

Alexander episcopus servus servorum dei, dilectis Filiis Magistro et Fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum in livonia Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam et ordo exigit racionis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra peticio continebat, quod carissimus in cristo Filius noster. M. Rex Littowie illustris terras Selen . videlicet Medone. Pelone, Malesine et Theuraxe cum suis pertinenciis prout spectabat ad eum, vobis pia et provida liberalitate contulit perpetuo possidendas prout in patentibus litteris eius confectis exinde ac suo Sigillo signatis plenius continetur. Nos itaque vestris supplicacionibus inclinati, quod super hoc ab eodem Rege pie ac provide factum est ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum presentibus

fecimus annotari, qui talis est. Sanctissimo Patri ac domino sacrosancte Romane Sedis summo pontifici Alexandro Myndowe dei gracia Rex Littowie filialem obedienciam et constantissimam in domino caritatem, ac devota pedum oscula beatorum. Cum dilecti nobis in cristo Magister et Fratres domus sancte Marie Theutonicorum in Livonia sua Fideli ac diligenti persuasione de tenebris gencium nos vocarint, ut cum ceteris cristi Fidelibus veritatis lumen eo levius agnoscere valeamus, ut eorum auxilio mediante apostolicus III. iiii. predecessor vester Felicis memorie nos renasci Fecerit per unde graciam baptismalis et de sua solita clemencia nos in Regem tocius Littovie fecerit coronari ut idem Regnum a nobis et nostris successoribus pacifice valeat gubernari . vidimus nobis fore valde necessarium ac proficuum Fidei cristiane ut circa quaslibet donaciones regias Faceremus. Cum itaque memorati Magister et Fratres in Livonia nostri constantissimi cooperatores et Fidelissimi promotores suum ferre nobis auxilium sint parati ut in auxilio nobis ferendo eo fore valeant forciores et ad hoc explendum eis etiam suppetant Facultates de consensu heredum nostrorum eisdem Magistro et Fratribus terram que Selen dicitur . videlicet Meddone Pelone Maleisine Thouraxe cum suis attinenciis contulimus perpetuo possidendam. Supplicamus igitur benignitati vestre, quatenus eandem donacionem circa predictos Magistrum et Fratres a nobis provide factam ratam et gratam habentes, eam patentibus papalibus litteris dignemini confirmare . et Magistro et Fratribus domus Theutonicorum in Livonia per exhibitorem presencium destinantes. Datum Anno domini Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo quinto Mensis Octobris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Viterbii III Ydus Julii Pontificatus nostri anno tercio.

(Transumptum originale de anno 1393 invenitur in archivo secreto regiomontano. Lada XI. No. 10.)

X.

Annus 1259.

Mindove rex Lithuaniae donat ordini in Livonia terras Schaloven, Seymeten et Samniten.

Rok 1259.

Król litewski Mindowe nadaje zakonowi w Inflantach ziemie Schalowen, Seymeten i Samniten. (Żmudź.)

Myndowe dei gracia Rex Lettowie . universis cristi Fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in nomine Ihesu cristi. Quoniam inspiracionis divine gracia faciente per consilium dilectorum nobis in cristo . . Magistri et Fratrum domus Theutonice in Lyvonia de tenebris gencium in ecclesie Ihesu cristi lumen vocati sumus ac renati per unde graciam baptismalis ac Sanctissimus Pater ac dominus noster Innocencius papa quartus personam, Regnum et omnia bona nostra iurisdiccioni ac proteccioni apostolice sedis subiciens auctoritate sua nos fecit coronari in Regem totius Lettowie ac terrarum omnium . quas divine virtutis auxilio iam eripuimus de infidelium manibus vel eripere poterimus in futurum . ut fine laudabili valeat consumari . quod in nobis inchoatum est Fideique rebelles turbatores regni nostri manu potenti reprimere valeamus . necessarium nobis vidimus Magistri et Fratrum auxilium predictorum . quod et ipsi nobis ferendum, ut in eorum litteris super hoc confectis plenius continetur . sub iureiurando firmiter promiserunt. Quamvis autem milicia eorumdem Fratrum ordinis instituta noscatur contra Fidei et ecclesie turbatores et ipsi nobis plus quam ceteris cristianis auxilium suum ferre essent parati ad resistendum inimicis Fidei absque obligacionis vinculo speciali vitam eternam sufficienssibi stipendium reputantes . tamen ut suam obligacionem nobis in hac novitate maxime necessariam efficacius in auxilio nobis ferendo valeant observare, terras inferius nominatas domui eorum de consensu heredum nostrorum contulimus libere ac quiete perpetuo possidendas . nichil nobis iurisdiccionis vel dominii in eisdem reservantes . ea condicione interposita . ut ipsi Fratres per se ac suos, in propriis expensis materiali gladio . auxilio . et consilio . nobis ac regni nostri legitimis heredibus assistant perpetuo contra Fidei inimicos regni nostritemrinos infestantes. Nomina autem terrarum hec sunt. Denowe tota . quam eciam

quidam Ietwesen vocant . exceptis quibusdam terrulis, scilicet Sentane. Dernen. Cresmen . et villa Gribiniten Gubiniten dicitur . cum tribus villis in Welzowe quas nostro dominio reservamus. Insuper dedimus Fratribus prelibatis terram Schalowen. Seymeyten totam . illis duntaxat bonis in ipsa Seymeta exceptis, que venerabili patri ac domino Lettowie Episcopo contulimus . prout in litteris desuper confectis plenius continetur. Hanc eciam ipsis graciam facimus specialem cum heredum nostrorum consensu et voluntate liberaliter et libenter . ut quicunque in regno vel dominio nostro Fratribus ipsis de bonis suis tam mobilibus quam immobilibus in toto vel in parte aliquid dederit vel in testamento legaverit sive a nobis teneantur in Feudo seu dancium vel legancium sint propria tamquam alia bona sua, que ipsis contulimus . libere possidere valeant perpetuo et habere. In cuius itaque donacionis ordinacionisque perhennem memoriam, presens privilegium inde confectum sigilli nostri munimine Fecimus roborari. Datum Anno domini Millesimo. CC°. LIX°. Septimo ydus Augusti.

(Privilegium originale in archivo secreto regiomontano. Lada XI. No. 12.)

XI.

Annus 1254 et 1260.

Transumptum 1) privilegii Christiani episcopi Lithuaniae, quo ordini in Livonia donat decimas in terris ordini a rege collatis. 2) confirmationis hujus privilegii ab Alexandro IV. Papa.

Rok 1254 i 1260.

Transumpt 1) przywileju Krystyana, biskupa litewskiego, którym zakonowi w Inflantach oddaje dziesięciny w ziemiach nadanych zakonowi przez króla. 2) potwierdzenia tego przywileju przez Alexandra IV. Papieża.

In nomine domini amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesimo. CCC°. quinquagesimo secundo. Indiccione quinta Sanctissimi in cristo Patris ac domini . domini nostri Clementis providencia pape sexti anno decimo Mensis marcii die

septima hora terciarum vel quasi. In presencia mei Notarii et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum Religiosus vir in cristo devotus Frater Goswinus de Herike Magister Fratrum domus Theutonicorum Jerusalem . per Lyvoniam in domo habitacionis sue in Castro Rige quasdam patentes litteras. Olim Reverendi in cristo patris ac domini . domini Cristiani Episcopi Lettowie cum vero suo Sigillo integro et illeso in filis sericeis rubeis et glaueis permixtis appendenti . non abolitas non rasas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas seu suspectas . exhibuit . et in instrumentum publicum redigi peciit . quarum tenor sequitur in hec verba.

Universis cristi fidelibus ad quos presens Scriptum pervenerit Frater Cristianus ordinis Fratrum Theutonicorum dei gracia Episcopus Lettowie Salutem in Filio dei vivi. Cum universalis matris ecclesie inter ceteros cristi fideles potissimi debitores eo amplius ecclesiam Lettowie nobis commissam, adhuc novellam et teneram sollicitudine non pigra debemus prevenire . quo dilatacionem ipsius et prosperitatem amplecti ex debito cogimur incessanter. Cogitantibus itaque nobis quid ad eius promocionem expediret . oculis nostris aspeximus . quod sine adiutorio eorum . scilicet Fratrum domus sancte marie Theutonicor . de quorum auxilio fides in partibus estonie . lyvonie . Curonie et Prutzie multipliciter est promota . et adhuc frequenter promovetur . eadem ecclesia accipere non posset incrementum . nec eciam persistere valeret ullo modo . ut ipsi tanto libencius nos et nostram ecclesiam tueantur ab hostium insultibus . et negocium fidei eo validius prosequi valeant in expensis, eis dimittimus decimam terrarum illarum . quas ab Illustri Principe domino Myndowe Rege Lettowie possident . sicut in suis litteris super hoc confectis plenius continetur, iure perpetuo possidendam. Si eciam a predicto Rege vel ab aliquibus aliis memoratis Fratribus aliqua terra conferatur, eos gaudere volumus iure supradicto . cum nemo propriis cogatur stipendiis militare, nichil nobis in eisdem terris iuris reservantes. preter ea que non possunt nisi per Episcopum exerceri . cum autem racione officii nostri ecclesias eorum visitabimus . nobis cum duodecim equitaturis venientibus . archidyacono vero nostro cum septem semel in anno necessaria ministrabunt. In cuius rei perhennem memoriam . ne qua super premissis questio in posterum vel ambiguitas oriatur . presentem paginam Sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum in riga . presentibus domino Johanne basone nostro Capellano. Fratre Hermanno nostro Fratre. Fratre Ludewico Commendatore de riga. Fratre burchardo Commendatore de Wenda. Fratre Georgio Commendatore de Sigewalde et quampluribus aliis. Anno domini M°. CC°. LIIII°. VIII°. ydus Aprilis.

Alias autem litteras. Olim sanctissimi in cristo patris ac domini . domini nostri Alexandri pape quarti cum vera bulla plumbea in filis rubeis et glaucis sericiis appendenti . non abolitas non rasas . non cancellatas . non viciatas in aliqua sui parte seu suspectas exhibuit et pari forma in instrumentum publicum redigi peciit. Quarum tenor sequitur in hec verba.

Alexander Episcopus servus servorum dei Dilectis Filiis .. . Preceptori et Fratribus hospitalis Sancte Marie Theuton. in Lyvonia Salutem et apostolicam benediccionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petencium precibus favorem benivolum impartiri. Exhibita siquidem nobis vestra peticio continebat . quod cum carissimus in cristo Filius noster Illustris Rex Lettowie considerans se de spurciciis paganorum per inspiracionis divine graciam et studium vestre sollicitudinis venisse ad cultum catholice puritatis ac propter hoc vos prosequens pie benignitatis affectu . quasdam terras tunc ad eum pertinentes . vobis pia liberalitate donasset. Venerabilis Frater noster Episcopus Lettowie loci dyocesanus . qui nullum Capitulum obtinet, diligenter attendens . partes illas que sunt novella plantacio sine vestre defensionis subsidio non posse subsistere contra inpetus paganorum, omnes decimas proventuras in terris eisdem vobis, prout spectabant ad ipsum diligenti prehabita deliberatione concessit, sicut in patentibus litteris confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati . quod ab eisdem Rege ac Episcopo super premissis provide factum est, ratum et firmum habentes . id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit . indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Anagnie VIII kalendas Februarii Pontificatus nostri Anno sexto. Actum anno domini. Indiccione . mense . die. Pontificatu et loco prenotatis . presentibus honorabilibus et Religiosis viris Fratribus. Priore Fratrum predicatorum et ... gardiano Fratrum minorum in Riga, quorum Sigillis presencia in testimonium evidencius sunt munita. Presentibus eciam famosis famulis Johanne de Wacken. Marquardo bixovede et Johanne dicto boleman cum aliis pluribus fidedignis ad premissa testibus vocatis et rogatis.

L. S.

(Bulla originalis invenitur in archivo secreto regiomontano. Capsa XI. No. 7.)

XII.

Annus 1260.

Mindowe rex Lithuaniae donat ordini in Livonia totum regnum suum, si sine legitimis heredibus decedat.

Rok 1260.

Mindowe król litewski oddaje zakonowi w Inflantach całe królestwo swoje w przypadku, gdyby bez potomstwa z świata zeszedł.

Myndowe dei gracia Rex Lettowie universis cristi fidelibus presentes litteras inspecturis. Salutem in nomine Jhesu Cristi. Quamvis inspiracionis divine gracia faciente per consilium dilectorum nobis in cristo Magistri et Fratrum domus Theutonice in Lyvonia. de tenebris gencium in ecclesie ihesu cristi lumen vocati simus ac renati per unde graciam baptismalis et Sanctissimus pater et dominus noster Innocencius papa quartus ad instanciam et operam efficacem predictorum magistri et Fratrum personam nostram. Regnum nostrum et omnia bona nostra Jurisdiccioni sedis apostolice subiciens . auctoritate sua nos fecerit coronari in Regem tocius Lettowie . ac terrarum omnium . quas divine virtutis auxilio iam eripuimus de infidelium manibus vel eripere poterimus infuturum. Tamen ante nostram conversionem et post tam nos quam regnum nostrum Lettowie per aliquos cristiane fidei inimicos et aliquorum apostasiam sic turbati fuerimus et concussi quod nisi dictorum magistri et Fratrum magnum consilium et auxilium nobis affuisset totum regnum nostrum fuisset cum subversione fidei annullatum. Unde nos considerantes labores et expensas ac voluntatem magistri et Fratrum prenominatorum que in promocione nostre persone. Regni nostri ymmo pocius fidei cristiane habuerunt. de consilio voluntate et consensu heredum nostrorum nostrorumque nobilium totum regnum nostrum Lettowie. et omnes terras adiacentes quocunque nomine censeantur. exceptis terris et iure episcopali. domino Episcopo Lettowie in dicto regno nostro deputatis. sepedictis magistro et Fratribus de domo Theutonica in Lyvonia dedimus contulimus et donavimus. et presencium tenore donamus in verum ius et proprietatem sue religionis. Ita tamen si nos sine legittimis heredibus decedere contingeret Transferentes in ipsos ex nunc ut ex tunc dominium et possessionem tocius regni Lettowie supra-

dicti. In cuius translate possessionis iudicium Conventum Fratrum predictorum in nostra curia collocavimus speciali Et licet varias et diversas donaciones prius fecerimus circa Fratres memoratos. sicud in litteris inde confectis continetur. Tamen hanc piam nostram et providam donacionem factam predictis magistro et Fratribus ac successoribus eorumdem. tamquam nostris principalibus coadiutoribus aliarum precedencium donacionum conclusionem esse volumus plenariam et finalem. In cuius rei perpetuam memoriam ut prehabita nostra donacio robur obtineat firmitatis. hanc certam inde conscribi et nostri sigilli munimine fecimus confirmari. Huius autem donacionis testes sunt. Venerabilis dominus Culmensis Episcopus et magister Andreas Fratrum predictorum ac Fratres sui. Langwinus sororius noster. Lygeyke Schabbe. Bixe. Bune. nostri Barones et consangwinei. Parbusse de Nere. Gerdine de Nailse. Vege. Veseyele. Ibid. et Parbusse junior. De Fratribus predicatoribus Frater Syndarinus. de Fratribus minoribus Frater Adolphus et sui socii. et alii quam plures fidedigni. qui omnes simul et semel dicte donacioni nostre a nobis provide facte Magistro et Fratribus. ac eorum successoribus supradictis fuerunt vocati ad hoc in testimonium premissorum. Datum Lettowie in Curia nostra anno domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo. In medio Mensis Junii.

(Transumptum originale de anno 1392 invenitur in archivo secreto regiomontano. Capsa XI. No. 15 et 14.)

XIII.

Annus 1289.

Burchardus de Suanden Magister generalis Ordinis S. Mariae Theuton. confirmat divisionem terrarum, a Lithuania avulsarum, inter ordinem in Livonia et in Prussia.

Rok 1289.

Mistrz W. Burchard de Swanden potwiérdza podział ziem oderwanych od Litwy pomiędzy rycerzy mieczovych w Inflantach, a Kryżaków w Prusach.

Frater Burchardus de Svanden Magister generalis Hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerusal., Religiosis viris ac discretis Fratribus Preceptoribus

terrarum Livonie et Pruscye ordinis sacre domus Theuton. Salutem, cum noticia subscriptorum, Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis ut id per sollicitudinem nostri officii ad debitum perducatur effectum, et ea que fraterna concordia et amicicia terminantur firma debent postmodum illibata persistere, et ne in recidive contencionis scrupulum relabantur, paterno convenit presidio firmiter communiri. Exhibita siquidem vestra peticio, quam nobis porrexistis, continebat, ut conposicionem seu divisionem terrarum Schalwen, Karsowe, Twerkiten ac aliarum provinciarum per vos et maturos Fratres vestros factam, in quibus domino vobis opitulante edificare et insedere intenditis, vellemus nostro suffragio confirmare. Nos igitur vestris iustis votis et postulacionibus inclinati, divisionem ipsam sicut absque pravitate provide facta et gesta fore dinoscitur ab utraque parte Fratrum nostrorum sponteque recepta necnon prout in litteris super hoc confectis vidimus plenius et planius contineri, auctoritate nostra confirmamus et presentis scripti patrocinio firmiter communimus. Datum Rome, anno domini M°. CC°. LXXX°. IX°. septimo Jdus Februar. indiccione secunda.

(Transumptum originale cum sigillo magistri generalis invenitur in archivo secreto regiomontano. Capsa XI. No. 2.)

II.

Gedyminus

quaeque sequuntur usque ad finem
seculi XIV.

II.

Gedymin

i daley do konca XIV. wieku.

Caput II.

Acta diplomatica Lithuaniae, regnante duce Gedimino.

Rozdział II.

Akta dyplomatyczne Litwy, za panowania Książęcia Gedymina.

I.

Annus 1323.

Johannes XXII. Papa vetat Magistro et ordini theutonico infestare regem Gediminum, si ille fidem christianam amplexus sit.

Rok 1323.

Jan. XXII. Papież zabrania Mistrzowi i zakonowi niemieckiemu napastować dalej księcia Gedymina, jeżeli ten religią chrześciańską przyjmie.

Joannes XXII. etc. dilectis filiis Magistro et Fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosolermitañ salutem.

Pater luminum, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum descendere noscitur mentem magnifici Viri Gedeimime Regis Letwinoram et multorum Ruthenorum preparasse uidetur sicut per deuotissimas litteras eius nobis et fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie Cardinalibus nobis directas percepimus ad cognoscendam et percipiendam lucem Catholice ueritatis, propter quod ad eiusdem Regis deuote requisitionis instanciam Venerabilem fratrem nostrum Bartholomeum Episcopum Electeñ, et dilectum filium Bertrandum abbatem Mo-

nasterii sancti Theofredi Anicieñ diocesis, uiros utique litterarum scientia preditos, in magnis et arduis gerendis negociis hactenus laudabiliter comprobatos, ac feruidos catbolice fidei zelatores, tanquam speciales aplice Sedis Nuncios ad partes illas prouidimus destinando, sperantes quod per manus eorum idem Rex, et alii Principes et nobiles cum populis dictarum partium regenerati sacri unda baptismatis, ueram sanctamque doctrinam catholice fidei et evangelicam percipient veritatem. Cum autem idem Rex super certis articulis causis et questionibus, quos, et quas contra nos se habere proponit, nostrum et eiusdem Ecclesie subire iudicium non recuset quin immo super hiis implorat auxilium confidenter. Nos cupientes eundem, et quoslibet infideles ad catholicam fidem conuerti uolentes quod quantum cum Deo possumus fouere fauore et beneficiis provocare Uniuersitatem Vestram rogamus, monemus et hortamur attente, uobis in uirtute sancte obedientie districtius iniungentes, quatinus postquam idem Rex fidem Catholicam, Deo auctore suscepit, a molestiis, dampnis et iniuriis inferendis eidem, et hominibus Regni sui resipiscatis omnino, quin immo teneri uos uolumus cum eodem Rege, et aliis personis illarum partium, que ad fidem catholicam conuertentur fraterne et in pace uivere, sine qua non congrue colitur pacis auctor. Nos enim cum simus omnibus, secundum Apostolum in iustitia debitores, super predictis articulis, causis et questionibus post conuersionem ipsius Regis ad fidem Catholicam intendimus per optime ac celeris exhibitionem iustitie partes aplice sollicitudinis adhibere Datum Auinioñ Kalendis Junii, anno octavo.

(Exscriptum ex Regist. litter. communium Iohann. XXII., exemplar invenitur in secreto archivo regio montano.)

II.

Annus 1323.

Transumptum trium epistolarum Gedimini ducis Lithuaniae ad Patres ordinis S. Francjsci et S. Dominici, nec non ad civitates maritimas Germaniae septemtrionalis.

Rok 1323.

Kopia trzech listów Gedymina Kwięcia litewskiego do Ojców Zakonu S. Franciszka i S. Dominika, jakoteż do miast nadmorskich Niemieç północnych.

In dei nomine amen, Anno Nativitatis eiusdem M°, CCC° XXIII°. XV kal. Augusti Indiccione sexta, Pontificatus Sanctissimi in cristo patris et domini, domini Johannis divina providencia pape XXII, anno septimo Hinricus de Calmaria consul dyoceseos et civitatis Rigensis una cum collega suo videlicet Johanne Roghen, constitutus in presencia mei Johannis de Brema, publici auctoritate Imperiali notarii et venerabilium ac honorabilium virorum dominorum Canonicorum cathedralis ecclesie Lubicensis videlicet Johannis crek, Magistri hinrici goldoghe Hinrici de Zwerin et Johannis de morum necnon Fratrum ordinis predicatorum Th. gardiani brunonis lectoris, petri de Wartizslavia et hermanni de Ribbenitze, et consulum Lubicensium in consistorio consulum eorumdem quasdam litteras Fratribus predicatoribus sub speciali forma et sigillo regio regis lethphanorum presentaverunt et easdem incontinenti legi et exponi per eosdem Fratres mandaverunt, tenoris et continencie infrascripte. Gedeminne dei gracia Letphanorum Ruthenorumque rex, princeps et dux Semigallie litteratis viris et devotis ordinis predicatorum Magistris cuiuscunque provincie, prioribusve Fratribus universis, principaliter cum Magistro Saxonie, ac prioribus sub eodem constitutis, Salutem et quitquid melius poterit adoptari. Sciat vestra honorabilis commendabilisque sciencia, nostros nuncios cum litteris misisse ad patrem nostrum gloriosissimum dominum Johannem papam ut nos vestiat stola previa, (? prima ?), cuius nuncios cum grandi timore et tedio de die in diem expectavimus, quia domino Jesu cristo annuente iam parati erimus ad queque sue beneplacita voluntatis, Ita quod Episcopos cupimus, sacerdotes religiosos colligere, Exceptis hiis qui claustra sua vendunt et machinantur in mortem clericorum, Jura eccle-

siastica protegere, clerum honorare volumus et cultum dei ampliare, Idcirco petimus ut vos hec, in civitatibus locis et villis ubi aliquod (?) nostrum predicare contigerit, populo nuncietis, Eciam si qui milites essent et armigeri, daremus eis redditus et agriculturam quantum vellent, Mercatoribus fabris carpentariis balistariis sutoribus artis mechanice cuiuscunque, cum uxoribus et liberis et iumentis concedimus liberum introitum et exitum terre nostre, sine ulla exactione, sine theoloneo, et omni turbacione proculmota, licet cruciferi huius negocii causa prescripti, Sigillum nostrum in contumeliam nostram igne cremaverunt, videbitur ut a deoinceptum extinguerent, et oculos hominum obsecarent, tamen hanc cartam cum ipso sigillamus prout sigillari fecimus litteras domini patris apostolici predilecti, in certam credenciam et munimen, quam prius ferrum in ceram transit et aqua in calibem commutatur quam verbum a nobis progressum retrahamus, Malignantes contra hoc scriptum et sigillum sunt detractores veritatis, dyaboli cultores fidei destructores, heretici mendaces et omni honore privati in hiis scriptis. Hac littera lecta et exscripta a magistro et prioribus Saxonie ultra mittatur quanto prius, ut dei gloria perficiat quod incepit, Datum anno domini, M°, CCC°, XXIII. ipso die Corporis cristi. valete. Hiis vero perlectis et expositis alias litteras sub memorato sigillo regio Regis letphanorum viris providis et honestis, advocatis consulibus Civibusque Lubicensibus, Rostokcensibus, Sundensibus, gripeswaldensibus, Stetynensibus gotlandie, mercatoribus mechanicis cuiuscunque condicionis directas, legi et exponi petiverunt iuxta formam infrascriptam. Gedeminne dei gracia letphanorum Ruthenorumque rex, princeps et dux Semigallie, Honorabilibus viris providis et honestis advocatis consulibus civibusque Lubicensibus, Rostokcensibus, Sundensibus, gripeswaldensibus, Stetynensibus gotlandieve mercatoribus, et mechanicis cuiuscunque condicionis Salutem et regalem graciam et favorem, Cum omnia regna subiacent celesti regi Jesu cristo de quibus unum tenemus tamquam forma in materia vel servus in domo, licet omnium regum minimus apparemus, tamen dei providencia in propriis maximus in quibus habemus precipere et impetrare perdere et salvare claudere et reservare, jamdudum nostros terminos transivistis absque ulla recognicione, visitando. Noygardiam Pleskowiam, que omnia permisimus futurum propter bonum, nunc vidistis et aure percipitis de die in diem omnium vestrorum detrimentum, miserunt progenitores nostri vobis suos nuncios et litteras, aperuerunt vobis terram, nullus vestrorum veniens, aut canis ex parte eorum referens grates de preceptis, non vos terreant prescripta si ipsi unum promiserunt domino annuente, nos dupla faciemus, Ideoque amplius quia patri nostro sanctissimo domino

pape nostras litteras misimus pro ecclesie dei unione et legatorum suorum adventum cum inenarrabili tedio expectamus quorum presenciam litteraliter recepimus nos videre Idcirco consulentes vobis ipsis, mittentes nobis ex parte vestrorum omnium sollempnes nuncios veros et viros fidedignos super manum nostram et super presens scriptum nostro Regio sigillo roboratum, super hoc promittimus vobis omnibus fide data, Quod talem pacem ordinabimus ininvicem, quod cristiani similem nunquam senciebant, Episcopos, Sacerdotes, Religiosos Ordinis predicatorum et minorum colligemus quorum vita laudabilis et probata, talium volumus accessum, qui de cenobiis faciunt latronum refugium et elemosinam vendunt in detrimentum animarum et eciam unde latrunculi exeunt in preceptis et mortificacionem clericorum, de talibus monachis sibi unusquisque caveat consulimus dominorum Insuper ex regali dono domus iam in presenti carta nostram terram liberam esse sine theoloneo exaccione angariarum et perangarium super omnes predecessores nostros omnibus mercatoribus Militibus vasallis quos dotabo redditibus, unicuique suam secundum dignitatem, Mechanicis condicionis cuiuscunque, scilicet fabris sutoribus carpentariis lapicidis in arte salis peritis, pistoribus argentariis, balistariis piscatoribus cuiusve condicionis veniant cum liberis uxoribus et jumentis intrent et exeunt secundum placitum omni turbacione proculmota, quod spopondimus in hiis fide data quod ab omni iniusta peticione meorum subditorum manebunt securi et exempti, agriculis nostrum regnum intrandi commorandique volentibus damus et concedimus ad decem annos colere libere absque censu, et medio tempore ab omni opere regio sint exemti, termino predicto expirato et eciam secundum terre fertilitatem dabunt decimam prout in aliis regnis vel populis dare consueverunt, ita tamen quod nobiscum plus exsuperabit gracia quam in aliis regnis est consuetum, Iure civili utantur Rigensis civitatis, omnis vulgus, nisi tunc melius fuerit inventum de sano consilio discretorum, ut igitur securiores et magis cerciores vos reddamus duas ecclesias Fratrum minorum, unam in Civitate nostra Regia Vilna dicta, et aliam in Noygardis habemus erectas, et terciam Fratrum predicatorum, ut quivis secundum ritum suum deum colat, Quod ergo nostre donacionis concessio maneat inpermutabilis et firma presentem cartam conscribi jussimus et sigilli nostri appensione fecimus roborari, Quia hoc scientes quod idem sigillum domino nostro ac patre sanctissimo misimus et quitquid sibi litteraliter conscripsimus servabimus illibatum, Contradictores huius sigilli tamquam maliciosos fidei destructores hereticos mendaces repudiamus et omni honore privatos in hiis scriptis, Per ducatum domini Bonislav (?) Ducis Masovie ad nos poterit habere securum accessum

super manum nostram unusquisque. Datum Vilna anno domini M° CCC° XXIII°, ipso die corporis cristi, littera perlecta in una civitate petimus sub testimonio religiosorum ac aliorum fidedignorum virorum exscribi, et mittere in aliam sine mora, ut desiderium nostrum manifestetur universis, valete. Similiter prefatis litteris diligenter perlectis et expositis in eodem consistorio presentibus dominis Canonicis religiosis et consulibus superius nominatis, alias litteras sub sigillo Fratris Thiderici custodis Fratrum minorum custodie Lubicensis legi supplicarunt tenorem qui sequitur continentes. In cristo karissimis Fratribus presentem litteram inspecturis Frater Theodericus Custos Lubicensis sinceram in domino caritatem, Noveritis me quasdam litteras illustris domini Regis Letwinorum in consistorio consulum Civitatis Sundensis michi traditas respexisse, tenorem qui sequitur continentes. Gedeminne divina providencia letphanorum Ruthenorumque Rex, princeps Semigallie et dux, Religiosis in cristo viris et patribus reverendis ac devotis Ministris, custodibus et gardianis ceterisque Fratribus minoribus universis, toto orbe diffusis, precipue tamen ministro Saxonie, ceterisque Fratribus universis salutem cum promocionis amminiculo continuum incrementum. Scire vos volumus litteras nostras, patri nostro excellentissimo domino Iohanni sedis apostolice summo pontifici direxisse, ut inviaret nos una cum ceteris suis ovibus ad pascua ubertatis, recepimus itaque in responso breviter adventum fieri suorum legatorum, quorum dilatio tedia nobis generat infinita, ut eo cicius perficeretur opus dei et fraus seductoria cassaretur, cupimus per vos et vestros Fratres in omnibus civitatibus locis seu villis nostrum pandere velle universis, et populum hortari salutaribus monitis, ut quod rigavit deus pullulet ac metat et in celestibus collocet cum beatis, volumus enim Episcopos, Sacerdotes Religiosos, ordinis cuiuscunqne colligere, precipue de viris quibus iam ereximus duas ecclesias, unam in Civitate nostra regia dicta Vilna, aliam in Nougardia, ad quas nobis hoc anno quatuor Fratres scientes Polonicum Semigallicum ac Pruthenicum ordinetis, tales ut nunc et fuerunt, Et eciam de predicatoribus quibus dabimus ecclesiam tempore successivo, Exclusis tamen religiosis, qui cenobia eorum in dispendium dominorum et mortificationem clericorum vendunt miserabiliter animas illudentes, intimantes etiam populo et Fratribus incipiatis intimare in civitatibus locis et villis amore nostri, quod militibus et armigeris redditus dabimus, Mercatoribus autem fabris carpentariis argentariis salis arte peritis, ac plane mechanicis conditionis cuiuscunque liberam facultatem intrandi et exeundi terram nostram per ducatum ducis Masovie, domini bonizlai omni exactione Theloneo infestatione iniusta angariarum et perangariarum procul motis,

hec scripta servabimus rata, quia verbum nostrum ut calibs manebit duraturum. In cuius rei testimonium nostrum Sigillum, quod domino apostolico et patri nostro Sanctissimo misimus, quod nunc cruciferi ad ignem proiecerunt, in contumeliam huius legationis presentibus duximus apponendum, Huius sigilli contradictores et seriei reddimus falsarios fidei persecutores, hereticos maliciosos et perversos in hiis scriptis, Datum Vilna. anno domini M°. CCC°. XXIII°. ipso die corporis cristi, littera perlecta a ministro et custodibus, mittatur ad aliam provinciam, et omnes Fratres fideliter orent pro Rege filiis et reginis et tota terra, ut dominus perficiat quod incepit. In huius visionis evidenciam, Ego frater Th. custos prefatus presens transcriptum sigillo mei officii consignavi, Datum Sundis anno domini M°. CCC°. XXIII°. in festo divisionis apostolorum, Cum itaque inter alias sollicitudinis, prefatis canonicis Religiosis et consulibus incumbentes, iidem perpeti cura revolventur, ut errantes in viam reducere veritatis ipsosque deo lucrifacere sua eis cooperante gracia prompcius convalerent, Fratres de domo Theutonica tunc in Civitate Lubicensi presentes, videlicet, Johannes de Riga presbyter, Reymarus dictus Hane commendator in Wenda, Nicolaus de Parsowe advocatus in carcus et gotfridus dictus wst, ad presenciam sepedictorum Canonicorum religiosorum et Consulum sunt vocati, ut eorum salubre consilium super prefato negocio quid facto opus esset diligencius audiretur. Qui cum ad presenciam prelibatorum canonicorum Religiosorum et Consulum ad consistorium prompcius venissent eorumdem, et prescriptas litteras per ordinem diligencius audivissent, volenti animo et corde hylari recipientes easdem, responderunt, Quod si premissa veritati niterentur, quamvis curis et negociis gravarentur diversis atque distraherentur pluribus occupacionibus circa id tamen intenderent et vellent intendere votis ferventibus vacare instancius ac operose sollicitudinis studium impertiri, et studiosa diligencia vigilare, quod ad dei gloriam et profectum fidelium animorum apud Letuwinos invalesceret fides cristi. Manentibus singulis gentis illius nobilibus et ignobilibus utriusque sexus in suo statu et condicionis libertate, adicientes ut omnia et singula in premissis litteris contenta melius et cicius prosperentur, quod si qui nuncios ad dictos Lethwinos super prelibato negocio mittere, aut expensas circa hoc facere decreverint, nuncios suos cum nunciis eorum mittent, et omnem expensam quam alii circa hoc facere voluerint, consimilem ipsi facient et maiorem, Et nichilominus ex parte tocius sui ordinis et personarum propriarum, se sub honoris rerum et conscienciarum obligatione ad premissa omnia et singula constrinxerunt in presencia predictorum. Ceterum si prefato negocio stante in suspenso antequam fidem cristi suscipiant et baptismum quem-

admodum in litteris pollicentur prelibatis, in cristianos quod absit, aut in res, terras seu personas eorumdem manus mitterent virulentas sicut ex certis verisimiliter formidant coniecturis, cum fides fidem non servanti minime debeat observari, in ipsos cogentur fidei contumeliam vindicare, atque hoc facientes promissi sui inveniri nolunt circa premissa transgressores. Sigillum vero huiusmodi litteris appensum erat rotundum, cereum, continens circulum duodecim angulorum et in medio circuli ymaginem viri capillati residentis in cathedra continentis in manu dextra coronam et ceptrum in sinistra, Et in circumferencia eius per quadraginta unam litteras et cruce sculptum erat. S. dei gracia gedeminni lethwinor. et rutkenor. reg. Acta sunt hec Lubeke in consistorio honorabilium ac prudentum virorum dominorum consulum Lubicensium presentibus venerabilibus viris, dominis canonicis Religiosis et consulibus sepedictis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Anno die indiccione et pontificatus supradictis.

Et Ego Johannes de Brema clericus, autoritate imperiali publicus notarius omnibus premissis una cum supradictis testibus presens interfui, ipsas litteras conscripsi et copiavi et in hanc publicam formam redegi, meoque signo solito et consueto signavi rogatus. In signum eciam maioris evidencie omnium premissorum Sigilla officialatus venerabilis patris et domini domini Hinr. Episcopi Lubicensis necnon Fratris Waltheri ordinis Fratrum predicatorum prioris domus Lubec. Fratris quoque Th. gardiani ordinis Fratrum minorum in Lubeke per dominum Hinr. Goldoghen gerenti vices dicti domini Hinrici episcopi Lubicensis et per Fratrem Waltherum priorem predictum, per Fratrem Thidericum eciam Gardianum supradictum presentibus sunt appensa.

Transumtum originale cum tribus appendentibus sigillis invenitur in secreto archivo, capsa XI, No. 17. (Haec bulla in Kotzebui historia Prussiae v. II. p. 356 mendosissime atque incomplete descripta est.)

[Voigt tom. IV.366 — 367.].

III.
Annus 1323.

Johannes XXII. Papa jubet Magistro ordini pacem inter ducem Gediminum et civitates Estoniae, Livoniae et Curlandiae conclusam tueri.

Rok 1323.

Jan XXII. Papież rozkazuje Mistrzowi zakonu, aby pokoju między Księciem Gedyminem a miastami Estonii, Inflant i Kurlandyi zewartego nie zrywał.

Joannes XXII dilectis filiis magistro Preceptoribus et fratribus domus sancte Marie Theutonicorum Jerosolermitañ per alemanniam, Liuoniam, Prussiam, et partes circumadiacentes constitutis. —

Gratias agamus Domino Deo nostro qui altitudinem diuiciarum sapientie et scientie sue omnem creaturarum superans intellectum secundum ordinatissimam dispositionem suam ad saluandas animas uias prebens et preparans salutares magnifici uiri Gedemundi Regis Lecwinorum direxerit uotum, et preparauit affectum, ut qui iam dudum extitit in paganitatis deuio constitutus, sicut laudabilibus ostendit indiciis ad ueritatem conuerti desiderat fidei orthodoxe, et professionis doctrina catholice et moribus imbui Xpianis hoc namque per litteras, hoc per Nuntios suos, quos ad Sedem aplicam propter hoc specialiter destinauit nobis et fratribus nostris sancte Romane Ecclesie Cardinalibus patefecit pia et instanti deuotarum precum adiectione deposcens, ut ad eum et terras suas Nuncios nostros Deum timentes, in lege Domini eruditos specialiter mitteremus, quorum salutaribus doctrinis cognitione uere fidei illustratus ipse cum aliis ad fidem uenire cupientibus Xpianam sacrum susciperet baptismatis sacramentum, quas preces cum summo gaudio summaque letitia amplectentes, ac eas cum eius conuersio possit, superna auxiliante gratia innumeras illarum partium gentes infidelitatis tenebris inuolutas ad fidem pertrahere orthodoxam iocundis desideriis admittentes uenerabilem fratrem nostrum Bartholomeum Epum Electeñ et dilectum filium Bernardum abbatem Monasterii sancti Theofredi anitieñ diocesis magni consilii magneque experientie uiros decretorum doctores, et in sacra pagina eruditos ac etiam pro ampliatione intrepidis et spontaneis animis laborantes ad dictum Regem, et partes illas de dictorum fratrum consilio duxi-

mus destinandos sperantes per gratie celestis auxilium et intentum ac oportunum ministerium eorumdem, eiusdem Regis et aliorum conuertendorum ad fidem dominicis horreis uberem segetem inferendam. Post hec dilecti filii advocatus, Consules et Uniuersitates Ciuitatis Rigeñ per eorum litteras et Nuntios speciales nobis et eisdem fratribus intimarunt, quod Rex idem sparsum in se rorem superne gratie per bonarum operationum incrementa multiplicans non solum fide cupiens imbui Xpiana set et ipsam desiderans exhibitione bonorum operum demonstrare tam uos quam nonnullos ceterarum Prelatos et religiosos ac Principes et nobiles et uniuersitates illarum partium Catholice fidei professores per suas litteras requisiuit ut ad eum speciales Nuntios mitteretis, cum quibus ipse desiderabat pacem bonam et firmam perpetuis tenendam temporibus tractare pariter et firmare, propter quod dilecti filii nobiles viri uniuersi domini Terrarum Liuonie et Estonie in festo beati Laurentii anni proximi preteriti certo loco, una cum aliquibus ex vobis colloquendi gratia conuenerunt ad inuestigandum et perscrutandum ueritatis formulam, ut eorum uerbis utamur, de litteris, quas idem Rex uersus Theotoniam ad uos et predictos nobiles destinarat, in qua collocutione placitis, hinc inde consiliis habitis, tandem concorditer et unanimiter mittere ydoneos et sollempnes Nuncios quemadmodum dictus Rex petierat cum pleno mandato faciendi omnia que Xpianitati dictarum partium expedirent, ad ipsius Regis presentiam decreuerunt, accedentibus ergo tam dictorum Prelatorum et nobilium, et eiusdem Uniuersitatis Rigeñ, quam uris Nunciis ad presentiam Regis eiusdem, ijdem Nuncii ab eo, sicut ex eiusdem, Uniuersitatis insinuatione percepimus, honorifice fuere recepti, et splendide pertractati, dictique Nuncij litteras suas tam nobis, quam eisdem dominis eorum directas ostenderunt eidem, quibus uisis, et auditis idem Rex, suo sigillo recognito, confessus est omnes articulos in eisdem litteris comprehensos de cordis sui conscientia processisse, adiciens, quod quando Legati nostri, quorum cotidie prestolabatur aduentum ad eum peruenerint, id quod omnipotens Deus nouit et in sue corde firmaverat illico satageretur effectum mancipare, subiungens se à suis progenitoribus in sua pueritia audiuisse, quod Romanus Pontifex erat pater, et dominus omnium suorum, Post quem Archiepi, et Epi in orbe premineat potestate, inferens eisdem Nunciis, quod loquerentur de pace hinc, inde firmando, qua mediante, et Dei suffragante clementia, omnem bonum inter eum, et Xpianitatem illarum partium poterat ordinari. Verum ijdem Nuncii necessitate, et utilitate Xpianitatis attenta, cum ipso Rege et suis pacis federa inierunt pro cunctis hominibus Xpianis, prout ineundi et faciendi pacem hujusmodi plenam habebant ab eorumdem Dnis facultatem, quam quidem pacem

tam Rex et sui, quam nostri, et alii Nuncii supradicti observare inviolabiliter iurauerunt, prout in litteris inde confectis, et theotonico scriptis, sigillis predictorum Regis et nunciorum communitis quarum tenores de theotonico in latinum translatos, nobisque transmissos de uerbo ad uerbum presentibus inseri fecimus plenius continetur. Quare pro parte advocati, consulum, et Universitatis predictorum fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum observatio pacis eusdem in euidentem profectum et commodum cunctorum fidelium illarum partium redundare, eiusque uiolatio, si quod absit, forsan contingeret, in euidens eorumdem dispendium, ac impedimentum ampliationis Xpiane fidei cedere dinoscantur, illam firmiter observari auctoritate aplica mandaremus. Nos igitur attendentes quod in Capitulis contentis in ordinatione pacis predicte, nichil est obuium fidei, nil moribus Xpianis aduersum, et quod per eam, faciente Domino, uia paratur et prestatur habilitas et per oportunum opem fidelium, et sancte predicationis officium paganitas illarum partium dimissis errorum tenebris ad uere fidei lumen, diuina opitulante gratia, conuertatur, ipsam de eorundem fratrum consilio fore prouidimus obseruandum. Quocirca Uniuersitati uestre per aplica scripta in uirtute obedientie districte precipiendo mandamus quatinus ob reuerentiam apostolice Sedis et nostram, necnon ob religionem iurisiurandi, quod super observatione pacis predicte in animas uestras Nuntii nostri, sicut et alii Nuntii prestitisse noscuntur, cujus iusiurandi transgressio, et contemptus in fame uestre dispendium et iacturam, et animarum perniciem redundaret, ac etiam ob religionis uestre decorem cujus professio sicut ad exaltationem fidei uos pugiles reddere debet intrepidos sic ab omnibus que eiusdem fidei propagationis negotium impedirent uos exhibere debet omnimodis alienos, predictam pacem iuxta Capitula in eius ordinatione contenta inviolabiliter observetis et per subditos ordinis uestri faciatis inviolabiter observari, alio quin Venerabili fratri nostro Epo, et dilectis filiis. Preposito et Decano Osilien̄ damus nostris litteris in mandatis ut ipsi, uel duo, aut unus eorum per se, uel per alium, seu alios, nos et quoslibet alios ad observationem pacis predicte per censuram ecclesiasticam, et penas alias, quas uiderit expedire appellatione remota compellat, non obstante quibuscumque priuilegiis uobis et ordini uestro et quibuslibet aliis communiter, uel diuisim ab aplica Sede concessis, quod excommunicari suspendi, uel interdici minime ualeatis per litteras apostolicas non facientes plenam ex expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto hujusmodi mentionem. Tenor autem litterarum eiusdem Regis super dicta pace confectarum, talis est. Omnibus has litteras uisuris, uel audituris, Gedemundus Lethowinorum Rex pacem in Domino et salutem. Uniuersis notum faci-

mus per presentes, quod secundum nostras litteras uenerunt ad presentiam nostram Nuncii dominorum terrarum Liuonie, et Estonie ex parte domini archiepi Rigeñ domini Woldemarus miles de Roseñ, arnoldus Storue generalis Vicarius eiusdem, domini archiepi Rigen ex parte Capituli, domini Johannes molendinum et Thomas Canonici Rigeñ ex parte domini Episcopi Osilieñ. domini Bartholomeus miles de Veliñ, Ludolfus de albaturia Canonicus Osilieñ ex parte domini Episcopi, Vasallorum suorum, et Ciuitatis Tarbateñ dominus hermannus Longus Consul ibidem. Ex parte Capitanei nobilissimi Regis Dacie et Vasallorum suorum frater arnoldus Prior Predicatorum in Reualia, et hinricus miles de Pareukeke. Ex parte magistri et fratrum domus Theotonicorum frater Johannes de Lowenbinke Commendator de Michowe, et frater Octo bramhorn. Ex parte Ciuitatis Rigeñ domini hinr. de anchowia, Joannes Langleside, Ernestus diues frater Wessellus Prior Predicatorum, et frater albertus Slut ex parte minorum. Nos uero consilio et consensu discretorum uirorum nostrorum, cum prelibatis Nunciis, et omnibus Xpianis inire decreuimus pacem stabilem atque firmam, cum omnibus etiam qui Nuncios suos ad uos dirigunt, et pacem uobis tenere intendunt. In tali conditione, quod omnes uie in terra et in aqua sine omni impedimento aduenienti recedenti, et pergenti, ipsi ad uos et nos ad ipsos, unicumque etiam homini aperte et libere debent esse. Iste sunt terre, cu mquibus pacen iniuimus supradictam. Primo enim uestri ex parte Sustenteñ Saymeuten Pleskowe, et omnes Rutheñ, qui subiciuntur dominio nostro, ex parte dominorum Terrarum Liuonie et Estonie, diocesis, et Ciuitatis Rigeñ. Ex parte magistri et fratrum Theotonicorum domus menielam terras Curlandie Liuonie et totum, quod ad custodiendum Spectat Magistro et fratribus supradictis. Ex parte domini osilieñ Ecclesie Epi sua dioc, ac totum quod sue subicitur potestati. Ex parte domini Epi Tarbateñ sua dioc, et omnes qui sue protectioni subiciuntur cum Ciuitate Tarbateñ. Ex parte illustris Regis Dacie harien, Wirlant albentakeñ, et totum quod sue subicitur dicioni. Prelibatam pacem facere decreuimus condicione subscripta, quod si aliqua inter uos controuersie materia fuerit orta ad amicitiam, reformari debet, mediante iusticia, uel amore. Item si alicui in iustitia accideret in terminis supradictis, illa debere prosequi secundum iuris exigentiam illius patrie, in qua in iustitia aliqualiter fuerit denegata, extunc, est ad dñorum presentiam dirigenda, qui exhibebunt iustitie complementum. Insuper si aliquis bona alterius abduxerit in terram aliam restitui debent quandocumque fuerint requisita. Ceterum si aliquis liber homo pergere, uel ire decreuerit de una terra in aliam debet habere liberam potestatem. Preterea si

aliquis servus proprius fugam dederit in terram aliam restitui debet, quando fuerit postulatus. Prefata enim pax debet esse stabilis, atque firma et nulli omnino hominum liceat eam infringere, nec de nostris subditis aliquis sine nostro consensu renunciando paci predicte habebit aliqualiter potestatem. Si autem aliqua pars contradicere et renunciare uoluerit ex iusta causa paci predicte, duobus mensibus alter alteri predicere studeat manifeste. Preterea uero ut omnia inter nos caritatiue se habeant et amice, damus et concedimus omni homini ad nos uenienti et recedenti, in omnibus ius Rigeñ, et unusquisque ex utraque parte emendo, et uendendo omnia mercimonia sibi competentia liberam habeat facultatem. In testimonium premissorum et firmitate pacis sepedicte nostrum regale sigillum presentibus est appensum. Datum in Castro nostro — Vilna, Anno Dni M°. CCC°. XXIII°. dominica proxima post festum beati Michaelis. Item tenor litterarum dictorum Nunciorum super dicta pace confectarum talis est. Omnibus presens scriptum uisuris, uel audituris. Arnoldus Scoyne Venerabilis in Xpo patris, ac domini domini Friderici, Dei et aplice Sedis gratia sacrosancte Rigeñ Ecclesie archiepi in spiritualibus Vicarius generalis, Woldemarus miles de Rosen, Johannes Molendinum et Thomas eiusdem sancte Rigeñ Ecclesie Canonici, Ludolfus de albacuriã Canonicus, Bartholomeus miles de Velin Vassallus Osilieñ ecclesie, hermannus Longus Consul Tarbateñ frater arnoldus Prior fratrum Predicatorum in Raualia, hinricus miles de Parenbeke Vassallus excellentissimi Principis Regis Dacie, frater Johannes de Lowenbrulie Commendator in Michowia, frater octo Blanihorn professores ordinis Theotonicorum domus hinr de Michowia Johannes Langleside, Ernestus diues Consules Ciuitatis Rigeñ, frater Wessellus Prior Predicatorum, frater albertus Slut de ordine minorum salutem in Domino sempiternam. Nouerint uniuersos presentium inspectores, quod illos prononinati. Nuncii nuper ad magnificum Principem Godemundum Lechowinorum Regem cum plena potestate faciendi et dimittendi missi cum ipso Rege et suis pro omnibus hominibus Xpianis, qui suos Nuncios ad, nos diriguntur et pacem nobiscum tenere intendunt, iniuimus pacem stabilem atque firmam condicione subscripta, quod omnes uie in terra, et in aqua sine omni impedimento unicuique homini uenienti et pergenti ipsi ad uos et nos ad ipsos aperte et libere debent esse. Iste uero sunt terre, cum quibus, et pro quibus pacem inire decreuimus supradictam. Primo enim et parte Regis predicti Lethouie, Eustoythen, Samaythen, Plestowe, et omnes Rutheni, qui eiusdem Regis dominio subiciuntur. Ex parte dominorum Terrarum, qui nos ad Lethowiam miserunt. Primo tota diocesis, Ciuitasque Rigeñ. Ex parte magistri et

fratrum Theotonicorum, domus menielam terras Curonie, Liuonie, et totum quod ad custodiendam spectat magistro et fratribus supradictis. Ex parte domini Epi. Tarbateñ sua dioc, et omnes qui sue protectione subiciuntur cum Ciuitate Tarbaten. Ex parte gloriosi Principis Regis Dacie harieñ, Wirlañ, allemtakem et omnis que sue subicitur dictione Prelibatam pacem condicione infra scripta facere decreuimus, quod si alicui in iustitia accideret in terminis supradictis illam habere, prosequi secundum iuris exigentiam illius patrie, in qua qualiscumque in iustitia fuerit irrogata, quod si ibidem iustitia aliqualiter fuerit denegata, extunc est ad presentiam dñorum dirigenda qui exhibebunt secundum iuris formulam iustitie complementum. Item si aliqua inter nos contentionis materia quocumque casu fuerit orta reformari det, ad amicitiam pristinam mediante iusticia uel amore. Item insuper si aliquis bona alterius abduxerit in terram aliam, restitui debent quandocumque fuerint postulata. Ceterum si aliquis liber homo ire uel pergere decreuerit de una terra in aliam debet habere liberam potestatem. Preterea si aliquis seruus proprius fugam dederit in aliam terram debet restitui quando fuerit requisitus Prefata enim pax debet manere stabilis atque firma, quod nulli omnino hominum liceat eam infringere aut de nostris subditis aliquis sine nostro consensu renunciando paci predicte aliqualiter habeat potestatem. Si autem aliqua pars contradicere et renunciare paci predicte uoluerit duobus mensibus altera alteri predicere studeat manifeste . Preterea uero ut omnia inter nos caritatiue se habeant et amice damus et concedimus omni homini ad nos uenienti et recedenti in omnibus ius Rigeñ et unusquisque ex utraque parte emendo et uendendo omnia mercimonia sibi competentia habeat liberam facultatem. In premissorum testimonium, et pacis sepedicte firmitatem sigilla omnium nostrorum Nunciorum predictorum presentibus sunt appensa . Datum in Castro nostro Vilna anno Domini M°. CCC°. XXIII. Dominica proxima post festum beati michaelis. Datum auinioñ II Kalendas Septembris. anno octauo. —

(Litterae exscriptae sunt e Regestis litterar. communium Johann. XXII. Exemplar invenitur in archivo secreto regiomont.)

IV.

Annus 1323.

Instrumentum pacis inter Gediminum ducem Lithuaniae et civitates Estoniae, Livoniae et Curlandiae conclusae.

Rok 1323.

Instrument pokoju zawartego pomiędzy księciem litewskim Gedyminem, a miastami Estonii, Inflant i Kurlandyi.

Alle de gene, de dessen breff ansen unde horen, de latet groten de boden der landesheren unde der stede, de to liflande, unde to Estlande unde to Curlande sint, de van den suluen heren unde steden sant sint to Gedeminnen deme Koninge van Lettouuen unde wnscet en heil, unde vrede in Gode. Wi boden, her Arnolt Stoyue de in des Bischoppes stede is van der Rige an gestlicken saken, unde her Woldemar van Rosen van des Bischoppes wegene van der Rige, van des Capittels wegene van der Rige, Herr Johann Molendinum unde her Thomas van des Biscopes wegene van Osele, her Bartholomeus van Velin, unde her Ludolf van deme Wittenhowe en Domhere van hapesel van des Biscopes wegene van Darbete, unde siner menen Man, unde siner Stad Hermann Lange, van des houetmannes wegene des Edelen Koninges van Denemarken unde siner menen Man, broder Arnolt de Prior van Reuele, und her Hinric van Parenbeke, van des Mesters wegene unde der menen brodere van liflande broder Johan van Leuuenbroke, de Kūmūdur van der Mithouue, unde Broder Otte Bramhorn, van der Stades wegene van der Rige, herr Hinric van der Mitthouue, her Johan Langeside, herr Ernest, van dersuluen stad, broder Wessel, Prior der Predikere van der Minnerbrodere wegene, broder Albrecht Sluc: Wi hebbet met desseme vorbenomenden koninge Gedeminnen enen steten Vrede gemaket, unde met allen sinen luden, de unter eme beseten sint, vor alle kerstene lude, de ene boden to eme senden unde vrede met eme holden willet, dar wil he gerne vrede mede hebben in aldussdaniker wise, dat alle wege in lande unde in watere open unde vrie wesen scullen eme jeunelikeu minsceu to komende unde to varende se to vns, vnde wi to en sunder jenegerleie hindernisse. Dit sint de lant, da wi den vrede mede maket hebbet, van des Koninges wegene van

Lettounen dat lant to Ousteyten unde Sameyten, Plessekonue vnde alle de Russen de under eme beseten sint. Van unser Landesheren wegene, dat Biscopdom to Rige unde de stad to Rige, van des Mesters wegene, dc Memele vnde dat lant to Curlande, vnde alle dat to liflaude tohoret, dat deme Mestere unde sine broderen steit to beuuarende, Van des Biscopes wegene van Osele, sin ganse Biscopdom vndc alle dat vnder eme beseten is, van des Biscopes wegene van Darbete, sin ganse biscopdom unde alle dat vnder eme beseten is. met der stad van Darbate. Van des Koninges wegene van Denemarken harien Wirlant Alentaken vnde alle dat under eme beseten is. Dessen vrede hebbe wi alsus gemaket. Wene dat also dat jenegeme manne vurecht scude van deme anderen de sculde dat vorderen dar, dar eme dat vnrecht gedan were vnde sine sake vorderen na des landes rechte. Were dat ouer also, dat eme dar nen volrecht scen mochte, so sculde he dat bringen an den landes heren, dar eme dat unrecht inne scen is, de scal eme volles rechtes behelpen. Vortmer sint jenege dink gescen, de scal men vorliken met fruntscap ofte met rechte. Lopt en drel van eneme lande in dat andere, den scal men utantuuerden, wan he genorderet wert. Is dat och also, dat en Man deme anderen goth ofte generhande dink entuoret in dat andere lant, dat scal men utantuuerden, wan dat geescet wert. Vortmer wil en vrie man varen van eneme lande in dat andere, des scal he weldig wesen.

Desse vrede de scal stede bliuen vnde vast, also dat den Neman breken scal. Were dat ouer also dat jenich man van dessen benomeden landes heren dessen vreden breken wolde, de scal des Nene macht hebben, sunder volbort aller dessen benomeden landes heren. Sue ouer dessen vrede opsoggen wolde met rechter sake, de scal deme anderen twe manede vore to seggen. Uppe dat dat alle dinc tuscen vns vruntliken unde lefliken stan, so heft desse benomede Koning Gedeminne van Lettounen in sineme lande eneme jeuueliken minscen to en to komende vnde van en to varende gegeuen Riges Recht. Vortmehr, en jeuuelik Kopman van beiden siden mach kopen allerleie Kopenscap de eme vellich is. Uppe ene betngenge desser vorbonomeden dinge unde uppe ene bebindinge enes steden vredes so hebbe wi alle vse yngesegele to deseme brefe hangen. Desse bref ist utgegeuen uppe dem hus thor Vilne na unses heren bort duse ya, drehunder yar, in deme dreuntuengesen yae, des sunnendages, na sune micheles dage.

(Hoc transsumptum cum transsumto ab exemplari originali in archivo urbano Rigensi descripto et in Brotzii manuscripta Sylloge diplomatum Livoniam illustrantium tom. I. fol. 42. 43. reservato congruere Dr. C. E. Napiersky Rigae sexto die mensis Aprilis anni MDCCCXXXXII auctor est.)

V.

Annus 1324.

Johannes XXII Papa commendat nuntios suos in Lithuaniam et Russiam missos clero claustrali et seculari, nec non Magistro ordinis theutonici.

Rok 1324.

Jan 22. Papież poleca posłów swoich do Litwy i Rusi wysłanych duchowieństwu zakonnemu i swieckiemu, jakoteż Mistrzowi zakonu niemieckiego.

Johannes Episcopus servus servorum Dei venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis, et dilectis Filiis Electis Abbatibus Prioribus Decanis Prepositis Archidiaconis Archipresbiteris, Plebanis Officialibus Rectoribus et aliis ecclesiarum Prelatis ac eorum vices gerentibus ac personis Ecclesiasticis Religiosis et secularibus ecclesiarum et Monasteriorum Capitulis et Conventibus exemptis et non exemptis Cistercien., Cluniacen., Cartusien., Premonstraten., sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, necnon Magistris et Preceptoribus hospitalis sancti Johannis Jerusalem. et beate Marie Theotonicorum et Calatravien. ad quos littere iste pervenerint Salutem et apostolicam benedictionem. Cum venerabilem Fratrem nostrum Bartholomeum Episcopum Eleten. et dilectum Filium Bernardum Abbatem Monasterii sancti Theofredi ordinis sancti Benedicti Anicien. dyoceseos apostolice Sedis Nuncios pro magnis et arduis Ecclesie Romane et Fidei orthodoxe negotiis ad Regnum Letwinorum et Ruthenorum specialiter destinemus, universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eosdem Nuncios cum per partes vestras transitum fecerint, ob reverentiam dicte Sedis et nostram benigne recipientes et honeste tractantes eisdem diebus singulis Episcopo videlicet in octo et Abbati predictis in quinque florenis auri pro eorum necessariis et de securo conductu necnon in Evectionibus oportunis si sue in via forsan defecerint vel aliter fuerint impedite cum super hiis ex parte nostra per ipsos vel eorum alterum seu nuncium vel nuncios eorum fuerint requisiti in eundo morando et redeundo liberaliter providere curetis, Ita quod devocionem vestram exinde merito commendare valeamus. Alioquin sentenciam quam ipsi vel eorum alter per se vel alium seu alios propter hoc rite tulerint in rebelles super quo

eis et eorum cuilibet plenam concedimus tenore presencium potestatem ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfaccionem condignam, appellatione remota inviolabiliter observari, non obstantibus si aliquibus communiter vel divisim ab eadem Sede indultum existat quod Nunciis Sedis eiusdem aliquam procuracionem exhibere vel in ipsa contribuere nisi ad eos declinaverint minime teneantur seu quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas que de indulto huiusmodi plenam et expressam non fecerint mencionem sive aliquibus privilegiis vel indulgenciis quibuscunque personis locis vel ordinibus sub quavis forma verborum ab eadem Sede concessis de quibus quorumque totis tenoribus in nostris litteris similis mencio sit habenda et per que presens mandatum nostrum valeat quomodolibet impediri. Datum Avinion. kalend. Junii pontificatus nostri Anno octavo.

(Bulla originalis invenitur in archivo secreto regiomont. Capsa VII. nro 4.)

VI.

Annus 1337.

Ludovicus Imperator Romanorum donat ordini S. Mariae Teutonicorum totam Lithuaniam cum adjacentibus terris, Samogitia, Karsau, vel Russia, et instituit in urbe regia Lithuaniae archiepiscopatum.

Rok 1337.

Ludwik cesarz rzymski nadaje zakonowi P. Maryi niemieckiemu całą Litwę z przyległemi ziemiami Zmudzią i Karsów, czyli Rusią i zakłada w stolicy Litwy arcybiskupstwo.

Ludowicus dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus. Universis cristi fidelibus, presentibus et posteris Graciam suam et omne bonum. Multifariam multisque modis variis cristianis populus, quem orthodoxe fidei fulgor illuminat, diversarum virtutum iubare irradians et preclarus sacrum ac felix Romanum Imperium cunctis mundi preferri principatibus. quibuslibet barbaris pre-

pollere nacionibus fecit, in preterito. Verum eciam disponente omnium domino efficiet in futuro. Nempe puplice-rei tuicio . de stirpe gemina pullulans, vimque suam exinde muniens . celibi videlicet milicia solidat et confirmat . Sicque eminencia extollitur, et perversorum . presertim crucis cristi inimicorum infidelium malicia extra mundi terminos profugatur. Eapropter non tantum in nostris armatis militibus seu bellorum ducibus, quantum in Religiosorum . assidue deo militancium devotis intercessionibus et aliis piis operibus, nostre spei anchoram figentes . coruscantis glorie nostre solium . sublimius et solidius in speculo sublevatur Religiosam itaque vitam ducentibus serenitatem nostram convenit prospicere, ipsorum utilitatibus intendere . ut felicis status recipiat incrementum et eorum facultates augendas graciosa largicio principis excitatur. Inter ceteros autem illi precipue nostram graciam . beneficia et benivolenciam promereantur, quibus hospitalitates piissime et defensionis rei puplice, necnon alia pietatis opera suffragantur . qui abiectis rebus suis, propriis voluntatibus abdicatis spretoque suorum corporum cruciatu ascendentes in adverso pro Romano Imperio et domo Jerusalem se murum non formidant exponere, et in proprio sanguine pro fide catholica et paternis legibus animarum suarum pallia rubricare . veluti venerabiles in cristo Frater Theodericus de Aldenburg Magister generalis princeps noster et Romani Imperii karissimus, ceterique fratres Ordinis hospitalis Beate Marie domus Thewtonicorum Jerusalemitani, quorum sancta religio ab Imperialibus beneficium sumpsit inicium ac Imperialis ortus floridus Imperatorum plantula et factura, a nullo principe tantum . quantum ab Imperatoribus in rebus temporalibus incrementum. Sane quia venerabiles Magister et Fratres prelibati et totus illibatus ordo, grata et laboriosa, ad divini nominis laudem et gloriam et catholicam fidem ampliandam servicia, in quibus agendis incessanter et strenue se immiscent, se nobis valde graciosos et placidos representant, non immerito ad tam pii negocii subsidium fervidis desideriis anhelamus, ipsos ad benivolos applausive dulcedinis admittentes amplexus. Nam novissimis istis temporibus Illustris princeps Patruelis noster dilectus Henricus Dux Bavarie egregias edificiorum iuncturas in infidelium Lithwinorum regionibus primogenitas indissolubiliter inperpetuum ad tocius orthodoxe fidei machinam supportandam annuente altissimo, veluti columpnarum prestancia permansuras . utpote castrum capitale tocius terre Lithovie proinde construxit cooperante ad hoc venerabilium Generalis Magistri et suorum fratrum consilio et auxilio. Ob eiusdem nostri patruelis interventum . et strenua merita predictorum fratrum, ipsis et beato ordini memorato . ad laudem et gloriam omnipotentis dei . et beatissime virginis

Marie matris sue gloriose, terram Lithwinorum cum omnibus suis pertinenciis et partibus cuiuscunque ydiomatis, sive Samayten Karsow vel Rusye seu alterius cuiuscunque existant . prout nunc sunt vel ad quamcunque fidem declinaverint . de Imperiali libertate donamus pure et irrevocabiliter iure proprio inperpetuum pro se et suis successoribus recipientibus dictam terram dictumque fratrem Thydericum felicem nostrum et Imperii Principem nomine dicti sacri ordinis investimus de eisdem . cum administracione temporalium et iurisdiccione eiusdem plenaria principatus. Cui quidem castro capitali idem noster patruelis dilectus nomen et insignia armorum et vexilli terre Bavarie . que Beyern dicitur . appriavit, ita quod insignia sui vexilli ea debent honoris et dignitatis prerogativa pollere, ut pre omnibus vexillis aliis in expedicionibus contra Lithwinos sint anteriora in aggressu et ultima in recessu . et nichilominus predicte regionis incole . quos opitulante omnium conditore in eadem terra felici succedenti tempore inhabitare contigerit, in prefato castro capitali debebunt requirere sua iura. Dictus eciam patruelis noster dilectus glorie et laudis dei matrisque sue gloriose non inmemor sed iuste et religiose cogitans deliberavit . una cum prefato Magistro generali maturo prehabito consilio instituendam et construendam fore in predicta terra quamprimum eam omnipotens deus fide catholica ampliaverit ecclesiam kathedralem . in qua tamquam in ecclesia metropolitana Archiepiscopus sit metropolitanus, una cum canonicis ibidem instituendis perpetue permanebit et si qui suffraganei opitulante domino inposterum creabuntur, illi eidem Archiepiscopo tamquam suo metropolitano suberunt et sibi exhibebunt in omnibus obedienciam reverenciam debitam et honorem, que quidem ecclesia et archiepiscopatus Beyern similiter appellabitur nomine tituli in eternum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostra bulla aurea signoque nostro consueto iussimus communiri. Datum Monachi XVII. Non. Decembr. Anno domini Millesimo Tricentesimo Tricesimo septimo Indictione quinta Regni nostri anno vicesimo tercio Imperii vero decimo.

(Litterae originales inveniuntur in archivo secreto regioment. Capsa 52. No. 12.)

Aliae litterae hujus imperatoris usque ad verba: „admittentes amplexus“ cum litteris supra citatis omnino congruenter sonant; inde vero haec sequuntur:

Ipsis videlicet predicto Theoderico Burgravio de Aldenburg Magistro generali et suis successoribus ac Fratribus necnon toti ordini domus Theotonice prefato imperpetuo ad laudem et gloriam Omnipotentis dei et Beatissime virginis

Marie matris sue gloriose terram infidelium Litwinorum Crucis christi inimicorum, videlicet Ochsteten Samayten Karsow Ruzen ceterasque partes prenominatis terris adiacentibus cum omnibus suis pertinenciis et partibus cuiuscunque ydoneitatis prout nunc sunt vel ad quamcunque formam seu statum fidei declinaverint, de imperiali libertate donamus pure et irrevocabiliter iure proprio in perpetuum pro se et suis successoribus recipientibus dictam terram dictumque Fratrem Theodericum Burgravium de Aldenburg felicem nostrum et Imperii principem nomine dicti sacri ordinis investimus de eisdem cum administratione temporalium et iurisdictione eiusdem plenaria principatus. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis Sigillo iussimus communiri. Datum Monaci feria sexta ante Lucie virginis proxima Anno domini Millesimo Trecentesimo tricesimo septimo Regni nostri anno vicesimo quarto Imperii vero decimo.

(Transsumtum de anno 1508 invenitur in archivo secreto. Capsa 20, No. 5.)

VII.
Annus 1371.

Gregorius XI Papa jubet duci Masoviae, ut subditos suos habitantes inter fines Ordinis et Lithuaniae adhortet, ne Lithuanis, bellum cum ordine gerentibus, opem ferrent.

Rok 1371.

Gregorz XI. Papież rozkazuje księciu Mazowieckiemu, aby poddanych swoich mięszkujących na granicach Litwy i krajów zakonu napominał, iżby Litwinom prowadzącym wojnę z zakonem pomocy żadnéj nie dawali.

Gregorius episcopus servus servorum dei Dilecto filio Nobili viro .. Duci Mazovie Salutem et apostolicam benediccionem. Gravis querela pro parte dilectorum filiorum .. Magistri et Fratrum Hospitalis sancte Marie theotonicorum Jerusalemitan . nobis nuper exposita continebat, quod licet ipsi ut est notorium contra infideles Lutwanos et nonnullos Ruthenos scismaticos subiectos eisdem,

impugnantes ipsos Fratres et alios christianos bellum continuum prosequantur, tamen nonnulli subditi tui inter Terras eorumdem Magistri et Fratrum ac Lutwanorum et Ruthenorum consistentes, apparatus et progressus eorumdem Magistri et Fratrum ex vicinitate locorum sepius sentientes, illos eisdem Lutwanis notificant et ut se defendant, ac gentes dictorum Fratrum offendant et prepediant, reddunt premonitos et etiam premunitos, Et econtra cum iidem Lutwani contra ipsos Fratres et Terras eorum procedunt hostiliter, eos amicabiliter recipiunt et pertractant ipsis victualia et ducatum in locis inviis et solitudinibus exhibendo in magnum detrimentum eorumdem Magistri et Fratrum ac fidei christiane, super quibus fuit nostre provisionis remedium postulatum. Quare Nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente, tibi nichilominus per apostolica scripta mandantes, quatinus dictos subditos tuos, ut desistant a predictis et aliis favoribus eisdem infidelibus impendendis, studeas pro reverentia dei sueque fidei et honore tuo, sic fideliter et realiter coercere, quod non oporteat per sedem apostolicam super hoc aliter provideri. Datum Avinion. VIIII kalend. Decembr. Pontificatus nostri Anno Primo.

(Bulla originalis invenitur in archivo secreto. Capsa VIII. No. 2.)

VII.

Annus 1388.

Conradus Zölner Magister generalis ordinis conqueritur cum papa, Vitowdum, fratrem ejus, Karibudum, fratrem regis Jagellonis et Georgium, arcem sibi a duce Masoviae, Semovito, pignoratam cum exercitu Lithuano et russico obsedisse et fraude occupavisse.

Rok 1388.

Konrad Zölner Mistrz wielki zakonu żali się papieżowi, że Witowd, brat jego, Karibud, brat króla Jagiełły i Wojciech, zamek od Ziemowita, księcia Mazowieckiego zakonowi zastawiony, z wojskiem litewskiem i ruskiem oblegli i zdradą wzięli.

Beatissime pater continua cura ex periculorum formidine christiane religioni verisimiliter imminencium impulsus Sanctitatis vestre clemenciam pastoralis sol-

licitudinis excitande crebris clamoribus et querelis cogor, factum sepius repetitum et quasi a seculo non auditum videlicet de regno Polonie ad memoriam revocare, Cuius facti series et pericula christiane religioni ex eo formidanda sunt per me exposita, sepius S. v. horum periculorum argumenta cottidie experior et maxime in facto recenti noviter sum expertus. Contigit namque superrime in die divisionis apostolorum, quod Witoldus et Conradus frater eius duces Littwanie Karobud frater pretensi Regis Polonie, et Gregorius, qui sacramentum baptismatis susceperunt, asserentes se esse fideles christianos, ante quoddam fortalicium in Masovia constitutum, quod alias pro pignore ab Illustri principe Semovito duce Masovie recepi, et in eo duos de fratribus Ordinis mei una cum hominibus armorum pro municione et custodia duntaxat terrarum mearum et aliorum christianorum fidelium locavi, quia nil aliud utilitatem aut profectus michi aut ordini meo afferre potuit, venerunt cum magno exercitu Littwanorum Ruthenorum et multorum suorum familiarium Polonorum et horum precipue, qui quondam commorati fuerunt ante et in dicto fortalicio, et ab ipso tempore illo quo ad me titulo pignoris ut predicitur, pervenit recesserant, habencium noticiam passuum et loci quibus potuit ipsum fortalicium expugnari Quorum consilio et iuvamine transeuntes flumen Nave vulgariter dictum fortalicium obsiderunt. Cum autem Poloni qui in suburbio fortalicii predicti erant constituti, quique in subsidio Fratris ordinis mei in ipso fortalicio presidentis amicos suos Polonos inter Littwanos et Ruthenos ante fortalicium conspicerent, statim postposita omni defensione se Littwanis et Ruthenis predictis proditorie reddiderunt. Considerans autem et perpendens dictus Frater ordinis mei prodicionem propter quam fortalicium retinere seu defendere non poterat, cum pacto libere abeundi cum suis consortibus theutonicis et Pruthenis fortalicium tradidit in manus Littwanorum et Ruthenorum predictorum, ne sic proditorie unacum consortibus suis captus interemeretur aut saltem in miserabilem servitutem duceretur, Ista beatissime pater apparent mala signa devote religionis christiane et Polonorum periculosa amicicia, cum de ipsis propter concordiam et pacem dudum inter regnum Polonie et Ordinem meum, factis litteris et promissionibus firmatam sperabam me et ordinem meum esse tutum et nunc tali machinacione et commentu ut predicitur fortalicium perdidi, quibus cessantibus Littwanis et Ruthenis fuit id impossibile expugnare. Verum beatissime pater cum Littwani in principio prefatum exercitum in Polonia congregaverunt fecerunt fieri rumorem, quod cum ipso conducere vellent regem polonie ad diem et terminum placitorum inter serenissimum principem et dominum meum graciosissimum Regem Ungarie et ipsum regem

polonie observandum sicque per Poloniam transitum facientes prefatam prodicionem perpetrarunt. Ex quibus S. v. convincere et intelligere potest, an per Polonos pax et concordia ut premittitur facte et firmate sint, bona fide observate. Cum vero ex dicto fortalicio per Littwanos et Ruthenos fere ducentos et ultra munito aliisque pluribus facti sepius repetiti circumstanciis immania poterunt religioni christiane dampna et pericula et precipue terris ordinis mei satis vicinis evenire supplico per S. v. eidem christiane religioni cuius cura et sollicitudo pro bono et tranquillo ipsius statu humeris S. vestre incumbit misericorditer provideri. Datum Marienburg ipso die sancti Laurencii anno LXXXVIII.

(E codice formulari membraneo transscriptae litterae inveniuntur in archivo secreto regiomont. p. 24.)

IX.

Annus 1388.

Schirgall dux Tracensis promittit se tuiturum inducias die destinata ad componendam pacem cum Ordine.

Rok 1388.

Szyrgał książę trocki obiecuje zachować rozejm w dniu przeznaczonym do zawarcia układów z zakonem.

Nos Schirgalo dei gracia dux lithuanie et dominus Tracensis et Polocensis etc. universis ad quos presens littera devoluta fuerit publice recognoscimus et profitemur Quod convencionem in insula iuxta fluvium Dobise cum honorabilibus et Religiosis dominis Magno commendatore supremo marschalco et Thesaurario ordinis beate Marie virginis Theuton. quos venerandus et religiosus dominus Conradus Czolner de Rotenstein prefati ordinis Magister generalis duxit ad id specialiter destinandum ipso die sancti Martini nunc preteriti decreveramus celebrandam, Certis autem negociis hoc ipsum deposcentibus memorata convencio ad diem crastinum sancti Martini est postergata Unde infra convencionis eiusdem intervallum quam diu inter nos ex utraque parte existat et post ultimam diem ipsius convencionis et separacionis nostre ab invicem utrobique quatuordecim

dies federa pacis et securitatis inter nos et terras nostras ex utraque parte iuxta postulacionem predictorum dominorum constituimus inviolabiliter conservare Quas quidem treugas pacis promittimus et presentibus spondemus bona nostra fide cum omnibus nostris hominibus nobis subiectis terre littwanie contra quoslibet insultus invasiones et dampna occulta et manifesta quolibet dolo et fraude procul motis constanter et firmiter observare, Ut autem eedem treuge pacis inter nos et terras nostras ab utraque parte rite conserventur Sigilla, nostrum videlicet et illustris domini Alexandri ducis lithwanie et domini Kernoviensis duximus presentibus appendenda. Datum prope Cowno in crastino beati Martini Episcopi et confessoris a. d. M. CCC. LXXXVIII.

(E codice formulari membraneo transcriptum p. 23.)

III.

Jagalus

quaeque sequuntur usque ad finem seculi XV.

III.

Jagiełło

i dalej do końca XV. wieku.

Caput III.

Acta diplomatica regnante Jagalo, duce, ab anno 1379 usque ad annum 1483.

Rozdział III.

Akta dyplomatyczne za panowania Jagieły, księcia, od roku 1379 do roku 1483.

Annus 1379.

Duces Lithuaniae Jagal et Kiejstut confirmant ordini pacem ad decem annos.

Rok 1379.

Książęta litewscy Jagal i Kiejstut (trocki;) zapewniają zakonowi pokoj na lat 10.

libito uoluntatis, equali modo homines domini Magistri generalis se transferre poterint ad Cracouiam, Ungariam et Russiam et ad alias terras et Ciuitates domini Regis Polonie, ubi eis hoc conueniens existit et apparet, sic quod homines domini Regis nullam ipsorum bonorum deposicionem facere habeant In thorun ac eciam homines domini Magistri generalis nullam deposicionem suorum bonorum In cracouia habere teneantur Sed ipsi se transferre poterint, ubilibet, ubi eis conueniens est secundum Conswetudinem antiquam prout est suprascriptum, ac eciam si propter Maris inconstanciam, subditi domini Regis Polonie ac eciam subditi domini Magistri generalis bona ipsorum propter impedimenta certa infra diem seu terminum partibus prefixum ad partes ipsorum ordinare non possent et si utreque partes dominus Rex Polonie et dominus Magister generalis de ipso die seu termino conuencionis recederent, sine finali decisione quod absit, extunc ab utraque parte homines seu subditi domini Regis seu domini Magistri generalis habere debent unum diem seu terminum scilicet festum beati Johannis baptiste proxime uenturum post festum beate Margarethę supradictum ut bona ipsorum infra eumdem terminum ad partes proprias poterint ordinare, ad illum finem quod ipsorum bona ad propria reportare valeant, nullum ut exinde dampnum incurrant . Interea extitit per nos ordinatum quod terre littwania et Russia supradicte infra treugas pacis prescriptas nullo modo dampnum facere debent nec expediciones contra Christianos seu contra quascumque terras aliorum Ruthenorum nec consilio nec auxilio domino Regi supradicto subuenire debent terras suprascriptas ad dampnificandum . Sed si contingeret quod predicte terre littuanie et Russie ab aliquibus seu aliquo tempore huiusmodi treugarum pacis vexarentur. seu infestarentur extunc ipsi se secundum ipsorum posse defendere possunt, ipsa tamen pax et securitas ex eo non infracta seu lesa esse debent . Equali modo ipse dominus Magister et Ordo facere debent que omnia et singula inuiolabiliter tenere firme et habere omni sine dolo et fraude promittimus bona sub fide et honore In premissorum omnium euidenciam et testimonium magis clare . Nos Wilhelmus Magnus Commendator, Siffridus supremus hospitalarius Conradus thesaurarius Ordinis theutonici supradicti, sigilla nostra fecimus presentibus appendi . Scriptum et datum in Castro Marienburg Anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo primo proxima die Sabbati post festum beati Ambrosii confessoris.

III.
Annus 1392.

Ordines regni Poloniae queruntur de cruciferis, qui, tenendo castra Zlotoriam et Bobrowniki, pacem cum Polonis conclusam rumpunt.

Rok 1392.

Stany królestwa polskiego użalają się na zakon Krzyżacki, który trzymając zamki Złotoryją i Bobrowniki, pokój zawarty z Polakami zrywa.

Venerabili domino Magistro de Prussia totique Conuentui domus Theutonicorum ordinis sancte Marie Prelati Pallatini, Castellani, Judices, Barones, Milites et Clientes ac uniuersa communitas Baronie, Nobilium ac Militum tocius Regni Polonie debitam reuerenciam cum omnis boni continuis incrementis. Nuper ad serenissimam principem dominam Hedwigem Reginam Polonie Illustrem dominam nostram graciosissimam et ad nonnullos barones ipsius Regni Polonie certas litteras uestra sollercia scribere procurauit, super habenda conuencione de quibusdam Ordinem uestrum et Regnum Polonie predictum concernentibus tractandis in quibus eciam litteris de treugarum ordinacione perpetua inter predictum Ordinem uestrum et ipsum Regnum Polonie tetigistis, in quam quidem Conuencionem Barones ac Nobiles eiusdem Regni Polonie fratres nostri profecti fuerant, uestrum uestrorumque aduentum in Brczesce diucius prestolantes sine fine recesserunt uobis et uestris eidem Conuencioni renitentibus interesse quod quidem iam recolimus frequenter accidisse quamquam autem Treuge perpetue inter Ordinem uestrum et Regnum Polonie memorate ab antiquo sint firmate, nichilominus durantibus Treugis huiusmodi nulla diffidacione preuia, primum Castrum Slothoria in obligacionem in certa quantitate peccunie, demum Castrum Bobrownicky, nulla uobis suffragante iusticia recepistis, que quidem Castra sunt de Corpore sepedicti Regni Polonie prout uobis nouimus plenarie fore notum videtur igitur quod per recepcionem predictorum Castrorum treugas predictas effectualiter violastis, In quibus omnibus et aliis quam plurimis ad vestrum

medium honorabilem dominum Andream Cascarry Baccalaureum in jure Canonico praeposito ecclesie Vladislaviensis fratrem nostrum dilectum mittimus plenius eruditum Cui fidem in omnibus certissimam dare velitis tamquam nobis in hac parte vive vocis oracula loqueremur. Super quibus omnibus celerem et finalem petimus responsivam. Datum Petrcovie ipso die beati Stanislai martyris, anno domini millesimo trecesimo nonagesimo secundo.

IV.
Annus 1393.

Rex Poloniae declarat, se libenter accepturum diem et locum ad componendam pacem cum Magistro generali ordinis theutonici.

Rok 1393.

Król polski oświadcza, że gotów jest przyjąć dzień i miejsce do układów o pokój z wielkim mistrzem zakonu niemieckiego.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie littwanieque princeps supremus et haeres Russie et cet. Cunctorum quibus expedit noticie commendamus, Quod cum Reverendus in Christo pater dominus Johannes Episcopus Massan. Referendarius domini nostri pape Sedis apostolice nunccius et commissarius datus ab ipso serenissimo domino nostro domino papa super omnibus differencijs, displicencijs et gwerris dudum inter nos ex una et Religiosos uiros Magistrum generalem Cruciferorum de Russia et preceptorem de Lywonia ac Ordinem ipsorum parte ex altera subortis et adhuc pendentibus pro preparanda pace et seminanda fauente domino concordia inter nos et eosdem diem conuencionis in unum et placiti trigesimum post festum Pasche proxime nunc affuturum qui occurrit sextus Maji uirtute commissionis a prefato Domino nostro papa sibi facte statuit et assignauit locum nobis in quem nos conferre debemus ad Ciuitatem nostram uidelicet Juniwladislauiensem prefatisque Magistro et Preceptorem Ciuitatem Thorunensem Preceptoremque amicabilius negocia ualeant pertractari ad occurrendum omni-

bus impedimentis Treugas integre pacis per dies quatuordecim ante diem ad conueniendum prefixum per totum tempus tractandi mutuo et per alios quatuordecim dies post recessum a tractatu, ut dictis diebus et tempore ab utraque parte cessent offense, fecit constituit, indixit et efficaciter ordinauit hincinde inuiolabiliter obseruandas. Quas quidem treugas sic ut premittitur factas interpositas et ordinatas Nos una cum nostris omnibus et singulis quorum interest assumimus et acceptamus. Volentes et promittentes pura fide sine dolo et fraude praedictas treugas firmiter et inviolabiliter ac incorrupte tenere et omnimodo observare. Praesentium sub nostre celsitudinis sigillo appenso, testimonio litterarum. — Datum Posnanie feria tertia proxima post Dominicam palmarum, que est prima Aprilis, Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo tertio etc. —

V.

Annus 1397.

Magister Ordinis Theutonici certiorem reddit reginam Poloniae Hedvigim, se Ladislaum, ducem Opoliae, monuisse, ut terram dobrinensem redimat.

Rok 1397.

Mistrz w. krzyżacki uwiadomia królową polską Jadwigę, że Władysława księcia Opolskiego napomniał, aby ziemię dobrzyńską wykupił.

Serenissimo principi. Excellenti dominae domine Hedwige Regine Polonie et heredi humillima recommendacione cum fideli nostrarum oracionum studio premissis.

Serenissima princeps et domina nostra generosissima. Exigentibus tractatibus mutuo inter nos proximo habitis conclusiue super terra Dobrinense litteras Regiae uestrae excellenciae seriem narratiuam quodammodo continentes recepimus, quibus attencius adhortamur, quatenus iuxta conclusa ad redimendam et liberandam Dictam terram Illustrem Wladislaum Ducem Opuliensem com-

monitum habeamus . et cet. Nos proinde que impermissis tractatibus . proinde digesta sunt prosequi bona fide studiosius cupientes . litteras nostras tam monitorias quam comminatorias illico a dato presencium direximus per expeditum nostrum nunccium et legalem. Et sicut responsis occurrentibus uisum fuit, curabimus iteratim uicibus sub obtentu honoris sui exaggerare et aggrauare in eumdem dominum ducem nostra monita dissimulacione qualibet procul mota, desiderio si quidem desiderantes circa et cet . premissa nos taliter exhibere quod uestra Magnificencia contemplari poterit affectus nostri promptitudinem pariter et effectus non amplius a nobis expetitur quam quod soluta summa exposita secundum litterarum continenciam per eumdem dominum ducem Opuliensem nobis traditarum . Simul honori nostro super obiectibus obligantis in futurum contingentibus consulcius prouideatur . Quibus obtentis cessionem a dicta terra animo gratissimo faciemus . Nec aliter in nostri honoris jacturam et dedecus, vestram illustrem clementiam confidimus aspirare Intentionem quoque dicti domini ducis, postquam habuerimus ejus et responsa Vestre serenitati significabimus intilate. Datum in Castro nostro Marienburg in vigilia Corporis Christi anno domini et cet. nonagesimo septimo.

Serenissimae principi ac excellentissimae Dominae duci Hedvigiae reginae poloniae ac heredi Hungariae et cet. dominae meae generosissimae summa admiratione.

Caput V.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, ab anno 1404 ad annum 1410.

Rozdział V.

Akta dyplomatyczne za panowania Władysława Jagiełły, od roku 1404 od roku 1410.

I.

Annus 1404.

Vladislaus rex Poloniae confirmat pacem conclusam inter Casimirum regem Poloniae et ordinem theutonicum, Raciazii feria sexta ante festum sanctae Trinitatis 1404.

Rok 1404

Władysław król polski potwierdza pokój zawarty między zakonem niemieckim a królem Kazimierzem. Data w Raciążu dnia szostego przed świętem Trojcy Swiętéj 1404 r.

Nos frater Gerhardus Dei et apostolice sedis gracia Episcopus Pomezaniensis Notum facimus quibus expedit uniuersis . Quod in nostra constitutus presencia Venerabilis et Religiosus uir Gregorius de Bischoffwerder Nostre Pomezaniensis dioceseos Magnifici et Religiosi uiri domini Michaelis Kuchmeister Ordinis beate Marie domus theutonicorum Irlimitani Magistri generalis Capellanus ac eiusdem et sui ordinis ad infrascripta prelatorum et sindicorum constitutorum prout de hoc plenam fecit fidem Quasdam litteras autenticas Serenissimi principis domini Wladislai Regis Polonie et cet . Sigilloque ipsius Magno in filis sericeis rubri et uiridis Coloris impendente sigillatas, sanas et integras non

uiciatas non cancellatas neque in aliqua earum parte suspectas sed omnibus promissis uicio et suspicione carentes nobis exhibuit et pernotauit . Asserensque magno periculo subiacere si huiusmodi littere propter earum uetustatem et uiarum discrimina de loco ad locum deduci deberent quociens ad probandam ordinis sui iusticiam super contentis in eisdem necessitas exigerit unde nos cum instancia debita requisiuit quatenus easdem litteras cum decreti nostri interposicione de uerbo ab uerbum transchribi, transsumi et publicari per notarios infrascriptos mandare auctoritate ordinaria dignaremur . Justis igitur ipsius peticionibus racionabiliter annuentes, easdem litteras ad nos recepimus ipsasque per notarios infrascriptos transscribendas et publicandas quantum de iure potuimus decreuimus et facta satis diligenti auscultacione de litteris Originalibus ad transsumpta auctoritate nostra ordinaria eisdem in Judicio et extra ubique locorum standum decreuimus et decernimus per presentes Sigillum vero predictis litteris ut premittitur appensum magnum rotundum de cera communi extra et intus, in cuius medio quedam imago Regis sub quodam ciborio in solio Maiestatis ad modum sedentis coronam in capite sceptra in dextra et pomum in sinistra manibus tenere uidebatur . A dextris uero ipsius ymàginis prope sceptrum quedam ymago et in sinistro latere quedam alia ymago Regi ministrantis uidebantur In cuius Circumferencia Sex clypei tres ad dextram et tres a sinistris ipsius ymaginis Regis ab angelis teneri et septimus Clypeus sub pedibus Regis sine angelo apparebant . In primo uero clypeo dextri lateris quedam Aquila extensis quasi alis In secundo clypeo eiusdem lateris caput bouis cornuti et in medio cornuum quoddam lillium, in tercio clypeo lateris eiusdem media pars leonis et media aquile uidebantur . In quarto clypeo sub pedibus regis leo cum cauda pilosa . In superiori uero clypei sinistri lateris qui est quantus quidam armiger in equo ad modum equitantis et gladium extensum tenentis . In sexto clypeo dicti sinistri lateris qui diuisus apparebat et in dextra parte eiusdem clypei quatuor linee et in sinistra parte uiginti stelle uidebantur . In septimo clypeo eiusdem lateris caput pilosum et barbatum et cornutum et inter cornua quedam crux apparebant . littere uero circumferenciales prima facie sic legebantur . * S. Wladislaus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Saradie, Lancicie, Cuyauie, Littwanie princeps supremus Pomeranie Russieque dominus et heres et cet. Tenor uero litterarum de uerbo ad uerbum sequitur et est talis . Wladislaus dei gracia Rex Polonie, Littwanie princeps supremus Russieque dominus et heres et cet . Significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis quod quamquam olim sinistris se ingerentibus auspicijs que

statum pacificum federis ob sequelam et successus hominum semper felices odiunt que tranquillitati temperiem distemperant queque promiscue dileccionis dulcedinem in absinthum odii sepe conuertunt inter predecessores nostros felicis memorie Reges et Regnum Polonie nostrum ab una Et uenerabiles Magistros fratresque ordinis beate Marie hospitalis Jerosolimitani domus theutonicorum in prussia parte ex altera illa antiqua pacis emula discordiarum pestis inoleuerat adeo quod longo temporis tractu ipsius morbi furiosa distrasia in antiquatam ducta perniciem nullo ad pacem lenitiue sopiri tunc poterat beneficio medicine. Demum tamen diuini intuitus interueniente prospectu, qui ad cogitandas cogitaciones pacis unio affliccionis humane mente retorquet aciem discordiarum odiosa huiusmodi materia post multiplicium tandem gwerrarum et cedium turbines Serenissimi principis Domini Cazimiri Regis polonie predecessoris nostri temporibus. sollempni stipulacione in confederate pacis unionem uix fuerat redacta . Ne igitur et nunc et in antea tepescat aut pacis emulo procurante quomodolibet aboleat aut obliuionis seu negligencie cuiuslibet tempestate suggerente aliquatenus euanescat ipsa assumpte et conscripte pacis pulchritudo plurimum suspicantes ymo uerentes de prelatorum, Baronum et procerum Regni nostri consilio prefatam perpetuam pacem recentibus pactis tenere presencium confirmamus promittentes bona fide eandem irrefragabiliter obseruare harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum , Datum in Ratzanz feria sexta proxima ante diem festi Sancte et Indiuidue Trinitatis . Anno Domini Millesimo CCCC° quarto presentibus , Reuerendis in Christo patribus dominis Nicolao Gneznensi Archiepiscopo, Petro Cracouiensi, Alberto Poznaniensi Episcopis, Johanne de Tanczin Cracouiensi Castellano, Johanne de Thornaw palatino Cracoviensi, Clemente de Moskorzaw uisliciensi, Michaele Lublinensi Castellano, Sbigneo Marschalco curie nostre, Gnewosio de dalonicz Succamerario Cracouiensi, Nicolao aule nostre Vicecancellario et preposito ecclesie Scti Floriani nostris fidelibus dilectis et aliis quam plurimum fide dignis . In cuius rei testimonium presentes litteras per notarios publicos infrascriptos transsumi, publicari et transschribi mandauimus nostrique sigilli appensione iussimus communiri. Datum et actum in Castro nostro Rezenburg nostre pomezaniensis dioceseos Anno domini Millesimo CCCC° XIX°. In diccione duodecima, die uero nono mensis Augusti Pontificatus in Christo patris et domini nostri domini Martini diuina prouidencia pape quinti Anno eius secundo presentibus honorabilibus uiris dominis Johanne de Reddnow officiali nostro, Johanne Crocaw, Laurencio Carpentarii Presbyteris Colmensis et Wladislauiensis dioceseos testibus ad

premissa uocatis et rogatis in testimonium omnium et singulorum premissorum.

Et ego Johannes Sternchen de Bartinstein clericus Warmiensis dioceseos publicus, Imperiali autoritate notarius, Quia predictarum litterarum pernotacione, recepcione, requisicione interposicione, auscultacione omnibusque alijs et singulis premissis unacum prenominatis testibus ac notario publico infrascripto praesens interfui. Eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc praesens publicum transsumptum per alium me aliis occupatum negótiis conscriptum exinde confeci, publicavi et in hanc publicam formam redegi. Signoque et nomine meis solite et consuete unacum praenominati Domini Episcopi pomesanienis appensione sigilli consignavi rogatus et requisitus in testimonium omnium praemissorum. —

Et ego Caspar Sartorius de Ylow Clericus pomezaniensis dyoceseos publicus imperiali auctoritate notarius Quia predictarum litterarum pernotatione, receptione, requisitione, decreti interpositione omnibusque aliis et singulis praemissis unacum notario publico et testibus supranominatis praesens interfui, Eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc praesens publicum transsumptum aliena manu conscriptum, exinde confeci, publicavi, et in hanc publicam formam redegi. — Signoque et nomine meis solite et consuete unacum dicti Domini Episcopi sigilli appensione consignavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum promissorum. —

II.

Annus 1404.

Pactio Wladislai regis Poloniae inita cum Magistro generali Conrado von Jungingen de restituenda terra Samogitiae Ordini theutonico a Vitowdo duce.

Rok 1404.

Ugoda króla polskiego Władysława z Wielkim mistrzem Zakonu, Konradem Jungingen, o sposobach oddania Zmudzi zakonowi przez księcia Witolda.

Nos frater Gerhardus dei et apostolice sedis gracia Episcopus Pomezaniensis Notumfecimus per hoc presens publicum transsumptum quibus expedit uniuersis. Quod constitutus coram nobis Religiosus uir frater Gregorius de Bischoffwerder Magnifici ac Religiosi domini fratris Michaelis Cochmeister Ordinis hospitalis beate Marie domus Theutonicorum Jerosolimitani Magistri generalis Capellanus nec non ejusdem Magistri generalis et ordinis procurator et syndicus pro ut de suis prouocatis et syndicatis mandatis nobis per legittima documenta fecit fidem, Quasdam litteras autenticas uidelicet duas Serenissimi principis domini Wladislai Regis Polonie sigilloque ipsius presentibus impressulis pergameneis impendente, sigillatas, sanas et integras non uiciatas non cancellatas neque in aliqua earum parte suspectas Sed omnibus prorsus uicio et suspicione carentes nobis exhibuit et pernotauit Et quatenus predictas transscribi et in publicam formam redigi nostra autoritate ordinaria et decreti interposicione mediante mandare dignaremur debita cum instancia postulauit et requisiuit cum predicte littere sine periculo ammittendi ad alienas partes faciliter non possent deduci. Nos igitur frater Gerhardus Episcopus prefatus reputantes postulacionem et requisicionem huiusmodi fore iustas et consonas racioni predictis litteris ad nos receptis uisis et diligenter inspectis ac ueris sine suspicione esse repertis Ipsasque litteras transscribi per notarios publicos infrascriptos et publicari mandauimus collocacione eciam fideli et originalibus litteris antedictis facta. Volentesque et tenore presencium auctoritate publica decernentes Quod transsumpto huiusmodi In omnibus et per omnia ubique locorum tam in iudicio quam extra plena fides adhibeatur. Sicud originalibus litteris antedictis. Quibus omnibus et singulis auctoritatem nostram ordinariam et decretum interposuimus et interponimus per

presentes . Sigillum uero prime littere in qua dominus Wladislaus Rex Polonie promittit tenere Granizias inter marchiam et Poloniam Sigillo ipsius domini Regis paruo, de cera commune cum impressione rubee cere erat sigillata in cuius medio clipeus quadripartitus in cuius suprema quadra uersus dextrum latus figure aquile extensis alis quasi aduolantis Et in inferiori quadra eiusdem lateris caput bouis cornuti . In suprema uero parte uersus sinistrum figura cuiusdam armigeri in equo sedentis, in inferiori quadra eiusdem lateris figura medie aquile et medii leonis apparebant . Et supra predictum clipeum ymago angeli quasi domini clipeum tenentis uidebatur . Littere uero circumferenciales predicti sigilli non habebant apertam impressionem , Ideo legi non poterant. Sigillum uero secunde littere in qua idem Dominus Rex promittit inducere dominum Wytawdum ad restituendam terram Samaitie per omnia erat sicud primum. Tenores uero predictarum duarum litterarum per ordines sequuntur et sunt tales . Wladislaus dei gracia Rex polonie , Littwanieque princeps supremus et haeres Russie et cet . Significamus quibus expedit uniuersis , Quomodo anno preterito in Conuencione in festo pentecostarum inter nos et consiliarios nostros ex una et Venerabilem et Magnificum magistrum dominum Cunradum de Jungingen magistrum generalem Ordinis beate Marie de domo Theutonica Consiliumque suum parte ex altera solempniter celebrata inter ceteros articulos et tractatus ibidem tunc habitos conclusos et conscriptos hy duo articuli subsequentes et subscripti litteris inseri debuerunt et sigillorum munimine roborari. Qui tamen ex negligencia obmissi sunt, litteris eisdem imprimi et in numero ceterorum articulorum collocari . Ne igitur tam solempniter tractata et pactata in aliquo deficiant aut eciam minuantur , Eosdem articulos presentibus decreuimus inserendas , Quorum primus est iste de obseruacione graniciarum, limitum et finium inter terras nostras maioris polonie et Nouemarchie quas granicies nos obseruare promittimus et spondemus et pro ratis habere prout ipsas dominus magister et ordo ipsius tempore recepcionis eiusdem terre Nouemarchie reperit Et sicut tempore tenebantur ab antiquo . Secundus articulus fuit Quod si umquam contigerit propter limites et granicies terrarum quarumcunque Regni Polonie et Ordinis predicti aliquas difficultates suscitare quae predicte difficultates per amicabilem composicionem debent complanari et sopiri, harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum . Datum in Thorun feria quarta infra Octauas pentecostes anno domini Millessimo Quadringentesimo quinto . Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Littwanieque princeps supremus et heres Russie et cet significamus tenore presencium, quibus expedit uniuersis . Quo

modo anno, die et loco infrascriptis in conuencione per nos prelatos nobiles proceresque nostros et nomine corone nostre Cum uenerabili domino Conrado de Jungingen Ordinis sancte Marie hospitalis Jerosolimitani de domo Theutonica magistro generali habita in ipsaque conuencione multis et diuersis tractatibus ab utraque partium promissis tandem super restitucione terre samaitarum eisdem dominis Magistro et Ordini fienda ad hanc prout sequitur deueniemus unionem, videlicet quod praeclarus princeps dominus Alexander alias Wytawdus dux Littwanie Illustris frater noster carissimus Jam dictam terram samaitarum prefatis dominis Magistro et Ordini restituet prout sequitur tali modo quod scilicet omnes et singulos homines suos ab omni conseruacione, conuersacione, participacione, et communione predictarum samagitarum prohibebit et remouebit Et ne dictis Samagitis de terris littwanie Russie sal, frumenta, ferra defendicula et quaeuis necessaria pro usu ipsarum samagitarum ualencia deducantur aut ministrantur totaliter prohibebit. Incipiens a festo natiuitatis scilicet Johannis baptiste proxime nunc uenturo, Ipseque dominus Alexander dux modis comodosis et melioribus quibus poterit absque exercitu at manuforti debet efficere et ordinare quum ipse samagite pro reconciliacione et satisfaccione Magistri et Ordinis duorum predictorum homagium prestent debitum et in signum homagii seruandi, Obsides eisdem dominis Magistro et Ordini dent et assignent. Si autem idem Dominus Alexander Dux iam dictam terram samaytarum per hunc premissum modum prefatis Dominis Magistro et Ordini restituere et subicere non ualeret. Extunc ipse dominus Alexander Dux aut qui fuerit pro tempore successor suus exercitualiter et per uim potentie ad requisicionem ipsorum dominorum Magistri et Ordinis eosdem samagitas ad prestandum homagium et dandum obsides Magistro et Ordini debent compellere iuxta posse. Si uero predictus dominus Alexander dux uel suus successor premissa facere recusauerit, aut ipsos dominos Magistrum et Ordinem in premissis factis impediuerit, quoquomodo. Tunc magister et Ordo in aduertenciam ipsius domini Alexandri Ducis uel successoris sui ad nostram noticiam debebunt deducere. Et extunc Nos litteris aut nuncciis nostris Ipso domino Alexandro duci uel successori predicto qui fuerit pro tempore mandare debebimus et precipere quod prefatos samagitas ad complendum premissa compellat. Verum si Idem dominus Alexander uel successor suus nobis in hac parte obedire noluerit, Tunc liceat ipsis dominis Magistro et Ordini eundem dominum Alexandrum ducem uel dictum successorem suum legittimum nostro cum subsidio ad faciendum premissa compellere, hoc tamen expresso specialiter et adiecto quod huiusmodi compulsio in nostrarum terrarum limitum, Gra-

nicierum uel quorumuis dominiorum dominorum nostrorum alienacionem non uergat nec redundet . A qua quidem compulsione Idem dominus Magister et Ordo cessent et desistere debebunt dum ipsis prefati samagite homagium prestaterint et obsides assignabunt . Prefatus tamen dominus Alexander dux uel suus successor prescripta omnia adimplere, efficere et ordiuare pro toto posse suo debebit fraude et dolo quibuslibet proculmotis . Harum quibus sigillum nostrum appensum est Testimonio litterarum . Datum in insula fluuii Wisla prope Castrum Razanz feria sexta infra Octauas Penthecostes . Anno domini Millessimo quadringentesimo quarto . In cuius Rei testimonium presentes litteras uel hoc presens publicum transsumptum fieri et per notarios publicos transscribi, publicari et mandari subscripsimus, Nostri sigilli appensione iussimus communiri Datum et actum in Castro nostro Resenburg nostre dioceseos Anno domini Millesimo Quadringentesimo decimo nono Indiccione duodecima die uero nono Mensis Augusti, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris domini nostri domini Martini pape quinti diuina prouidencia . Anno ejus secundo praesentibus ibidem honorabilibus viris dominis Johanne de Reddino curiae nostrae officiali, Johanne Cracow de Akiva et Laurentio Carpentarii de Thorum Vratislaviensis, Vladislaviensis et Culmensis dioeceseos presbyteris testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. —

Et ego Caspar Sartorius de Ylaco Clericus pomezaniensis dioeceseos publicus imperiali auctoritate notarius, quia predictarum litterarum pernotatione receptione requisitione mandato decreti interpositione ac collocatione omnibusque aliis et singulis premissis dum sic fierent et agerentur unacum notario publico infrascripto et testibus supradictis presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. — Ideoque hoc praesens per alium scriptum publicum transsumptum praenominati domini Episcopi collatione penitus diligenti facta ex eo confeci signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum sigilli appensione praefati domini Episcopi consignavi, rogatus et requisitus in fidem omnium et testimonium praemissorum. —

Et ego Johannes Sternchen de Bartinstein clericus Varmiensis dioeceseos publicus apostolica et imperiali autoritate notarius, qui litterarum praedictarum pernotatione receptione requisitione decreti interpositione mandato et collatione omnibusque aliis et singulis praemissis unacum notario publico et testibus suprascriptis praesens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi . Ideo hoc praesens publicum transsumptum per alium fideliter conscriptum de mandato praefati domini episcopi in hanc publicam formam redegi et signo

et nomine meis solitis et consuetis collatione et penitus diligenti facta unacum praenominati domini Episcopi appensione sigilli consignavi rogatus et requisitus in testimonium omnium praemissorum.

III.

Annus 1405.

Vladislaus rex Poloniae confirmat designationem limitum inter Poloniam et Novam Marchiam.

Rok 1405.

Władysław król polski potwierdza oznaczenie granic między Polską a Nową Marchią.

Alze hat der König von Polen die Grenitz der Neumark vorschrieben. —

Wladislaus dei gratia Rex Polonie Lithuanieque Princeps Supremus et heres Russie etc. Singnificamus quibus expedit vniuersis Quomodo Anno preterito in Conuentione in festo Penthecostes inter nos et Consiliarios nostros ex una Et venerabilem ac Magnificum dominum Cunradum de Jungingen Magistrum generalem Ordinis beate Marie de domo Thedtunica Consiliumque suum parte ex altera . solempniter celebrata Inter ceteros Articulos et tractatus Ibidem tunc habitos conclusos et conscriptos, Hii duo Articuli subsequentes et subscripti litteris inseri debuerunt et sigillorum munimine roborari Qui tamen ex negligentia obmissi sunt litteris eisdem inprimi et in numero ceterorum Articulorum collocari Ne igitur tam solempniter tractata et pactata in aliquo deficiant aut eciam minuantur Eosdem Articulos presentibus decreuimus inserendos Quorum primus est iste de obseruatione grenicierum limitum et finium inter terras nostras Majoris polonie et Nouemarchie quas grenicies nos obseruare promittimus et spondemus Et pro ratis habere prout ipsas dominus Magister et Ordo ipsius tempore recep-

cionis eiusdem Terre Nouemarchie reperit Et sicut tempore tenebatur ab antiquo Secundus Articulus fuit iste Quod si unquam contigerit propter limites et grenicies Terrarum quarumquumque Regni Polonie et Ordinis predicti aliquas dificultates suscitari Quod predicte dificultates per Amicabilem compositionem debent conplanari et sopiri Harum quibus Sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum Datum in Thorun feria quarta infra Octauas Pentecostes Anno domini Millesimo quadringentesimo Quinto etc.

IV.

Annus 1406.

Wladislaus rex Poloniae agit gratias Magistro generali Conrado Jungingen, qui illi falcones dono misit.

Rok 1406.

Władysław Król polski dziękuje Mistrzowi wielkiemu Konradowi Jungingen, za sokoły, które mu w podarunku przysłał.

Wladislaus Dei gratia Rex Polonie Littwanieque Princeps Supremus et haeres Russiae et cet. Magnifico et Venerabili domino Conrado de Jungingen ordinis beate Marie hospitalis Irlimitani domus Theutonicorum de Prussia Magistro generali amico nobis sincere dilecto Salutem et perfectam in Christi amore caritatem Magnifice et uenerabilis domine, amice nobis sincere dilecte Falconum uestrorum nobis ad presens allatorum fiducialis amicicie missio tantarum iocunditatum nobis attulerit solatia que per scripta non poterint explicari. In cuius missionis effectu non tantum muneris magnitudinem sed diregentis amici affectum omnibus enceniis seu donis reputamus cariorem. Pro quibus uobis ad multiplices et iugi memoriae imprimendas graciarum assurgimus acciones. Et utinam mens nostra saperet et nouissima prouideret, quibus mentem uestram iocundam redderet aut aptis muneribus consolatam, acquireret profecto exinde solacium speciale Et quamuis bene securi sumus de integritate sinceritatis purissime quam erga nos

geritis. In ea tamen securiores et multo tuciores redderemus, si presumpcione de nobis accepta non pro eis que uobis grata forent et in partibus dominiorum nostrorum reperiri possint uobis acquirendis requirere curaretis. Quocirca sinceritatem uestram studiosis rogamus affectibus quatenus ommisso omni rubore pro eis que uobis accepta essent et sub potestate nostra inueniri possent nos audacter requiratis. ut ea nobis gratuite dirigamus. Datum in Posnania feria sexta in Crastino Corporis Christi, anno Domini M°. CCCC. sexto

Ad relationem Nicolai Sancti flori ante Cracoviam
regni poloniae vice Cancellarii.

Magnifico et venerabili domino Conrado de Jungingen ordinis beatae Mariae hospitalis Irlimitani de domo Theutonicorum magistro generali Crucifero de Prussia amice nobis sincere dilecto.

V.

Annus 1407.

Vladislaus, rex Poloniae, gratulatur Magistro generali Ulricho de Jungingen, dum iste dignitatem Magistri generalis ordinis theutonici adeptus est.

Rok 1407.

Wladysław król polski winszuje Mistrzowi wielkiemu Ulrychowi Jungingen wyniesienia jego na godność Mistrza wielkiego.

Venerando domino . . de Jungingen Magistro Ordinis domus Theutunicorum in Prussya generali amico nostro dilecto.

Wladislaus dei gratia Rex Polonie etc.

Venerande domine amice noster sincere dilecte referentibus et intimantibus nobis amicis nostris cognouimus amiciciam vestram ad Sedem Summi Magisterii domus Theutonicorum ordinis sancte Marie virginis in Prussya esse diuinitus exaltatam, de quo ex intimis cordis nostri tanto iocundius gratulamur quanto ad

plenum confidimus in domino eandem amiciciam vestram vestigia sancte memorie domini Cunradi de Jungingen predecessoris ac fratris vestri dilecti qui celsitudini Corone ac Regno nostris caritatis et pacis vnione fuit affectus firmissime secuturam verumquia in Corone Regni ac nostris agendis Reuerendissimum in Christo Patrem dominum Nicolaum sancte Gneznen̄. ecclesie Archiepiscopum et Strenuum Johannem de Tholyschcowo Castellanum Calysien̄. nobis sincere dilectos de intencionibus nostris plenius informatos ad amiciciam vestram dirigimus presentium cum tenore petimus, quatenus ipsis in dicendis ex parte nostri eadem amicicia vestra velit fidem adhibere creditiuam ac si cum ipsa amicicia vestra propria loqueremur in persona ad quorum quidem intencionum nostrarum relationem etiam supremos consiliarios vestros dignemini conuocare certificantes eosdem per latorem presencium quibus die et loco eandem amiciciam vestram valeant inuenire, Datum Lancicie in vigilia visitationis Sancte Marie virginis gloriose.

VI.

Annus 1409.

Rex Poloniae agit gratias Magistro generali Ulricho Jungingen, qui ei 8 falcones dono misit.

Rok 1409.

Król polski dziękuje Mistrzowi wielkiemu Ulrychowi Jungingen, który mu 8 sokołów w podarunku przysłał.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Littwanieque Princeps Supremus et heres Russie et etc.

Magnifico et venerabili Domino Ulrico de Jungingen Ordinis beate Marie hospitalis Irlimitan̄. de domo theutonica Magistro generali Cruciferorum de Prussia amico nobis sincere dilecto Salutem et sinceri fauoris notiua incrementa Magni-

fice et Venerabilis domine amice nobis syncere dilecte de tam gratis et multum acceptis encenijs. puta. octo falconibus et Girofalcone per uestram sinceritatem nobis tempore placito missis nobis ad multiplices et iugi tempore recolendas graciarum assurgimus acciones, uerumptamen ipsorum pretiositatem non tantum ponderamus sed intime caritatis affectum quem ad nos fide pura geritis, omnibus enceniis reputamus cariorem. Eatenus eandem uestram syncerifatem studiosis rogamus affectibus quatenus nos audacter et sine alicuius ruboris scrupulo pro hijs nobis placitis rebus quas Regni nostri et terrarum Lithwanie et Russie complectitur amplitudo et in eisdem reperiri poterint, uelitis requirere ut effectiue ipsas acquirentes vobis amicissime dirigamus. In quo prefeccioris amicicie indicari nobis ostendetis. Datum in Sandomiria feria quarta post dominicam Inuocauit Anno domini Millesimo CCCC^mo^ IX°.

Ad Rel. Nicolai Propositi
flor. R. P. vicecancellarii

Magnifico et uenerabili domino Ulrico do Jungingen Ordinis beate Marie hospithalis Irlimitañ. de domo Theutunica Magistro generali Cruciferorum de Prussia amico nobis sincere dilecto etc.

VII.

Annus 1409.

Rex Poloniae annuntiat commendatori thorunensi adventum legatorum suorum.

Rok 1409.

Król Polski donosi Komturowii toruńskiemu o przybyciu posłów svoich.

Venerabili viro domino .. Schwarczenburgk Commendatori Thoruneñ. amico nobis dilecto.

Wladislaus dei gratia Rex Polonie. etc.

Venerabilis amice noster dilecte Ad respondendum de et super factis legacionum vestrarum in quibus ad nos ex parte Magistri generalis et ordinis vestri

veneratis. Reuerendum in christo patrem dominum Nicolaum dei gratia Gneznen. Archiepiscopum cum hiis Nobilibus et Strennuis viris Mathia Palatino Kalisien. et Vincentio de Granow Castellano Naklen. Militibus nostris fidelibus dilectis ad eundem Magistrum generalem dirigendum decreuimus, Eatenus vestram sinceritatem petimus et hortamur, quatenus litteram eidem Magistro scriptam quam ad vos cum presentibus mittimus ipsi magistro velitis dirigere Scribentes eidem vestram specialem litteram in facto quo dictos nostros certificaret nunccios vbi vel quando cum ipso debeant convenire Datum in Lancicia feria sexta in crastino beati Arnolphi Anno domini M°. CCCC°. Nono°.

Ad relationem Nicolai Regni Polonie Vicecanc.

VIII.

Annus 1409.

Magister generalis ordinis theutonici jubet commendatori suo, ut regem Poloniae moneat, ne Vitoldus dux contra pacta in Samogitiam praefectum suum mittat.

Rok 1409.

Wielki Mistrz rozkazuje Komturowi, aby się królowi polskiemu użalił na Wielkiego księcia Witołda, który do Żmudzi starostę swego wbrew traktatom posłał.

Homeister.

Lieber her kompthur alls wir euch letzt geschriebenn habenn uon dem gewerbe das Ir thun sollet, an den kouig von polenn dor Inne wir euch sunnderlich habenn geschriebenn, das wir uernomenn habenn das hertzog Witollt den Samaiten eynen hauptmann geben habe, dor us wir dirkennen dasdas uorretniss mit syme willenn und antragenn sey gescheen et cet. czo habenn wir sedir der czeut woll dor off gedacht und duncket uns bequemer syn das Ir die selbe rede mit undirscheid dargebet, Alczo das wir uernomen habenn das herczog Witaut den Samaiten eynen hauptmann gegeben habe und sprechet dene wer das alczo,

so kan uns homeister anders nit dirkennenn, wen das das uerretniss mit syme willen sey gescheen, Alczo das Ir herzog Witaut das uerretniss nicht shlecht zuleget sunder mit underscheid ab her In eynen hauptmann hat gegeben und bewaret euch lieber her Kompthur an allen reden in der selben wyse, off das uns herzog Wytaut hernochmals umb eyn sulchs nicht beschuldigenn dorffe, ab Is leichte anders wer, ader her anders sprechen wurde, synt das wir noch nicht eyne ganncze warheyt davon wissen. Geben zw Marienburg am Sente uiti und Modesti tage. Anno nono.

Dem Kompthur czw Thorun, tag unnd nacht ane alles sumen gegangen uon Marienburg an sente uiti tage an der XII. stunde zu Mittage, Gekomen zu . . . . . . am sontage nach uiti alczo der zeyger XII hatte gesclagen der selben stunde gegangen her weyter czu Mitternacht. Gekommen gen Engelsberg zwisohen iii und N̈, Dan wedir uon dan gegangen zwischen iii unnd N̈, kommen czur lype am Sontage nach uyti, als der zeyger V̈ii hatte gesclagen uor mittags, und in der selbenn stunden gegangen hyr weyter.

IX.

Annus 1409.

Querelae Polonorum contra ordinem theutonicum concernentes castra et oppida Driesen, Santok ect.

Rok 1409.

Użalenia Polaków przeciw zakonowi niemieckiemu, tyczące się zamków i miast Drezdenka, Santoku itd.

Dese naegescreuen artikel hebben des Herrn Konick van polen Sendeboden den Homeister sinen rade voergebracht vnde an sy geworuen.

Item dairnae volgen des Homeisters antworden vnde syns raeds Geschien tot der Eluinge des Mancndages na des heiligen Sacraments dage Jnt Jair XIIIIc. end IX.

Ten iersten an dat Huys Drisen dat die ordo in versetlinge had, genomen vnde binnen den ewigen vurscreven vrede, na der versetlinge dat selne Huus tot hum hebben gecoft dat doch der Cronen to polen to ewigen tyden mit synre Heerscap heeft toebehoirt des copes si niet weder dorften comen, vnd hebben hem stedes mitten Coninc van vngeren onsculdicht.

Vnse antworde is, dat Drisen mit synre toebehoringe vnde onderrichtunge des Herren Coninges van Vngeren vnde na den Erfbrieue die welke van Markgreuen ouer Drisen gegeuen van onds . vnde ye tor Nuwemarke heeft gehoert, dat om der oerden dat selne huus van Herrn Ulrich in versetlinge nam mit sulken gelaiften, Wanner ment, hem weder antworde, dat he solde redelik sökerheit doen, dat hiis vander Nuwemark niet ontvremden wonde, Binnen des der Herr Coninck van vngeren den Homeister vnde der Oerden antworde ontboede vnde ernstlike vermanende dat se Drisen bi der Nuwemarke behielden quaemt dair von hi wonde hem dair van toe spreken, vnde als her vlrich, der Oerden niet en muchte genoegelike sekerheit doen, van drisen en ent inder versetlinge niet langer en wonde laten staen, doe most die ordo thoe hem copen. Soldement nae beuele des Herrn koninges van vngern bider nuwemarke beholden, dair ouer heeft et de ordo met geooft, ewelike to beholden, Sunder soe wie dat recht, toe wyst, den wils de Ordo gern vpdragen oft ouergeuen om soe veel gelts . alst gecoft heeft, dair sich die Orde mit eren an mach bewaren.

Die ander artikel om dat Huus Santock dat die Homeister opten dage toe Cauwen den Herrn Conmick to polen vnde Hertoch Wytont geloueden dat hy hem des niet onderwinden en wilden. Nu heeft hi hem des Huus onderwon en vnde der gelaesten vergeten.

Vnse antworde is wy bekennen dat wy spraken, dat wy ons Santok niet onderwynden en wilden, hoe wel wy dan noch, alle wege gehoeret hadden dat Santok von oldes ter nuwenmarke gehoert hadde . vnde soe schier als wy thuns quemen, screuen wyt den vogede der Nuwenmarke dat wy sommige rede gehoert hedden., doe dedet dir voicht, man vnde stede lo weten, die bespraken hem dair vp vnde antworden den vogede, dat Santock vom oldes toe der nuvenmarke gehoert hedde.

Dat Santok tot der nuwemark gehoert, dat is to bewisen in den als wy quamen vanden dage to Cauwen van den Coninc van polen Hertoge Wytout, en ons wart, en ons wart gehonden, Senden wy na rade onser Heren vnse bade den Commelduer van der Baelge toe den Connick van vngeren vnde als vnse bode trecken solden, dat deden wy to weten sunte Johannes Herrn een, der

Santok in besittunge en ni pandinge had van siner oerden wegen die mitten Commelduer van der Baelge loeth do den conuigk, vnde als sie beide die Commelduer van der Balge vnd sante Johanns heer to den Coninc quemen warf die Commelduer van der Balge van onser wegen aen onsen Herrn den Coninc van vngeren, hoe dat die Coninc van Polen dat huus drisen vnd dat Huus Santok in pandunge hadde doe seide hi genadige Herre Connick van yn en van nymant anders, doe sprack die Herre die Coninc van vngeren Bekennes du dat der Johanniter sede ya ich groet machtich herr, Wy beuelen die en heiten ernstliken dat du das huus Santock den Meyster van Prussen in siner Beschirminge geues als die nuwemarke von vns ni bescherminge is gegeuen vnde wes schaden oft hindernisse up dat Huus Santock van der Nuwenmarke entvremdet worde, wi wolden vns aen di vnde an dine gantze oerden onser schaden after halen. —

Die dorde artikel is van Hertoghe Hannus vter Mazow, hoe dat die Oerde Hertoegh Hannus dorpen binnen sinen lantscheidingen heeft verbrant vnde de ordo in des seluen hertogen land Eer huse heeft getymmert, vnde dorpen vnde hebben niete verbeidet der vytspraken die to Cauwen gespraken was, dat Hertoge Vytoud den Commelduer von Eluing vnd den Commelduer van der Baelge daer op waren gereden.

Vnse antworde, dat die vorbrande dorpe binnen onsen lantscheidingen die wy lange tyte gehonden hebben, vnde gebrunck daer wart Hertoege Hannus van onsen rade gewaerut, dat he die lude daer niet tymmeren noch wonen en liet, et en worde hem niet geheuget, vnde hi doe mit, die besettinge in onse lantscheidunge meynde to kriegen, doe se niet anders en wonda, worden em die dorpen verbrant. vp dat hi hem geen recht toe toege, dat solue oec to Cauwen was geseit, wy geuen ons noch daer toe als wy duck gedaen hebben, wan onse Herr Hertoge Wytoud dair ap ryden wil mit onsen herren wat daer toe kennen is, nae bewisinge en na redelike bekenuisse hertoge Hannus oet dair aen willichliken gennegen lait, vnde wy hem vngern aen yet hinderen wilden dair hy recht toe hadde, so wy mit gelike dat onderwyst warden. Die vierde artikel dat men verboet den Coepluden vte den Connicrike to polen, dat sie hem ter zee wart niet hoere copenscap niet en sullen geuen, vnde treken dat doch, tegen die onde gewoente is.

Vnse antworde dat wi dat na older gewoente gerne wilden holden wilmen den onsen oet des geliken gonnen unse Her koning gunne den onsen na older gewoenten doer dat ryck to polen mit oere copenscap to trecken, alst gehouden

13*

is bi sinen voervaders tiden. Soe willen wy des Rycks luden des gelycs tor zeewart en ouer al doer onse lant gerne gunnen weder to trecken.

Die vyfte artikel hoe dat men den van Brumborch verboet, dat si niet in groten Scepe roggen Peck asschen vnde somige vair to dansike sullen voeren zonder alleen in cleynen Scepen vnde niet vorder dan totten zweczen daer ment hem oec nû verbuet to verkopen.

Vnse antworde als die von Brumborch bi ons weren vnde dair van clageden doe screueu wy den Commelduer to zwetzen. dat hi so solde varen laten vnde vercopen vnde mit sulken scepen als si van oudes gedaen hebben vnde hadden. wat oen dair ouer to kort geschiet zo vnser beider worde daer heen komen, kunnen syt bekennen dat dy brocke vns off an den onsen is wy willen beteren, vnd an allen dingen myt hem bouden, alse van oudes ist gehouden,

Dy seeste Artikel hoe dat die orde ene Muelen tor lubisch up des koninges ouer hadden getymmert vnd do sy vaste beide oeuer vp der dirbancz halden ind oek enige weyden ind werder de sy een to getoghen hebben vnd vmmegrauen vp des Coninges zide. —

Vnse antword wanneer onser beider Reden daer vp comen heft de Ordo yet in gegen alle redelike besittinge, daer de ordo gheen bewysonge noch recht to heeft wy willen gerne daer van laten wat wy oek van older redeliker besittinge hebben, getruw wy wel dat onse herr die Coninck on ordo dar na niet hindert.

De seuende Artikel hoe dat die van Toern inder niderwesel een werder vry hebben willen daer van sy hebben vurmaills geservset (?) den coningk to polen.

Vnse antword wanner men daer heen compt bekent men dat de van Torn yet schuldich zyn, zy zullen hem dar tho gheuen na older ghewointen, —

De achte Artikel hoe de Kummeldor van Birghelau in enen Stoervanck in der wisel toe torch to eenre ewiger vischerien die hem de Coninck vp ein Jare geloeft had. —

Vnse antwerd kan men bekennen dat hi hem yet to vnrecht antreckt dat von alders nyet geweyst en is hi sal daer van laten, waer wy oek recht to hebben ghetrou wy wol dat onse heer de Conink onsen orden oek daer by laten will na alder gewoniten,

De negende Artikel dat de lude van den vordan vp der were twewerff syn gewont ind durslagen. —

Vnse antword dat wy dair van nyet en weten Sonder wat dye onse dar an ghebroken hebben, dat zullen sy beteren na bekennisse beider zyde.

De tiende Artikel hoe dat die voeght to Nuwemarke bouen der ouder lantscheidunge des huses drysen dry milen breit ind x milen lanck nuwe lantscheidunge heeft ghemaket in dat konincryck to polen, vnd seght et ghehoert tol den Huse drysen vnd meint de Homeister hebt hem gheheiten.

Vnse antword, dat wi daer van nyet weten, oek en hebben wys den voeght niet gheheiten, Sunder ist onsen Heren den koninck behagelick, he zende dar der scure II off III so vele als eme gut dunckt opt geschet, des gelycs wy oek doin willen kunnen debekennen beide side na bekennisse der olt saten vnd na bewisonge vnd bryue dat sich de ordo yet vnderwonden heft, dat to den ryke to polen hoert wi willen gerne daer von laten. Wat sy ok bekennen dat von oudes to drysen vnd tor Nuwemark heft to behort, getrou wie wel dat onse heer de Coninck onsen orden dar an nicht hinder. —

De eilfte Artikel dat de Kummeldur van Tuchel in der Kirchen to Camentz Jacob van Riuerso heft ghevangen vm schult des Coninges man een. —

Vnse antword dat wy de saken so rechtliken nyet weten sunder wanneer onse worde daer heen comen vnd de zake verhoeren, bekennen sy dat de kommeldur gebrocken heft he salt beteren.

X.

Annus 1409.

Marschalcus supremus ordinis theutonici certiorem reddit Magistrum generalem, Witoldum anxium esse, ne eum ordo infestet.

Rok 1409.

Najwyższy marszałek (zakonu) donosi mistrzowi wielkiemu, że Witold lęka się, aby zakon nieuderzył na niego.

Unsirn willigin ondertenigen gehorssam tzouor. Erwirdiger lieber her Meister Ewir Erwirdikeyt wisse das in der gibunge disis brieffs qkam dem kompthur uan der Balga das ffogts hunder uon Samayten der do sagt das sich hertzogh Witaut teuflich besurgt uor sich das Ir Im In das landt tzieht und mit kleyner samelunge legt. Also das her nicht uan gesien bey Im habe nach rusen nach Tartern. Ouch so sagt her das her Swittergal bey Im hat sunder nach gotes gerunge und seittze In nach nicht tzu sieme tische und Is gereiten Herzogh Witavt tzum konige uan polan mit wenigh luten. Ander tzitunge kone wir uan Im nicht einnemen. Gegeben zur Ylow Am Sontag nach Exaltacionis Christi Anno M^{mo}. CCCC^{mo}. nono.

Obrister
Marschall.

Deme Erwirdigen Homeyster an Alls sumen tagh und nacht, mit aller wirdikeid et. cet.

XI.

Annus 1409.

Rex Poloniae declarat, se, pacis cum Swedrigailo conservandae caussa, cum hoc diem esse constiturum atque tenturum. Datum Troky tertio die ante festum Martini anno MCCCCXXX.

(Capsa XXIII. Nro. 17.)

Wladislaus Dei gratia Rex polonie Litwanieque princeps supremus et heres Russie et cet. Significamus tenore presentium quibus expedit uniuersis . Quomodo cupientes cum Inclito principe domino Boleslao Alias Swidrigal magno Duce lithwanie et cet fratre nostro carissimo In fraterna dileccione et perfecta caritate securius permanere terrasque nostras Regni Polonie In pace tranquillitate perfeccius gubernare diem conuencionis cum eodem domino M. D. assumpsimus fecimus presentibus quae assumimus, facimus et statuimus In festo Assumptionis beate Marie uirginis proxime adfuturo In loco seu locis ubi nos cum nostris et ipse Dominus M. D. cum suis Baronibus decreuerimus habendum et seruandum Ad quem locum et terminum prefixum nos et ipse Dominus M. D. cum omni utriusque nostrum majorum et seniori Consilio interesse et couenire uolumus et debemus ubi querere et diligenter ex utraque parte tenebimus et uolumus indagare de omnibus hijs articulis qui necessarii fuerint et utiles pro pace et amicicia, unitate et concordia utriusque nostrum et terrarum nostrarum Regni Polonie et Lithwanie predictarum et interim Nos Wladislaus Rex Polonie et cet promittimus pro nobis et nostris bona fide uerbo Regali sine dolo et fraude et pace et tranquillitate uiuere et manere, gwerras, depopulaciones et predas In terris nostris utriusque nullo modo permittendum neque inchoando Sed in Caritate perfecta, amicicia pace et tranquillitate usque ad Conuencionem fideliter promittimus permanere. harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum et datum Troky feria tertia ante festum beati Martini, Anno domini M° CCCC tricesimo et cet.

In der sebendem Wochen wor dem uffgenommen Tage mit dem Konige haben die Polan den frede bey den Litauen gebrochen.

XII.
Annus 1409.

Vladislaus, rex Poloniae spondet, se accepturum decretum compromissale Venceslai regis Bohemiae in controversiis ortis inter Poloniam et ordinem theutonicum. Supradictus rex Poloniae promittit quoque se tuiturum pacem a praedecessore suo rege Casimiro conclusam.

Rok 1409.

Władysław król polski obiecuje przyjąć wyrok polubowny Wacława króla czeskiego w zatargach powstałych między Polską a zakonem niemieckim. Tenże król polski obiecuje zachować pokój od poprzednika swego, króla Kazimierza, zawarty.

Wir Wladislaw von gottis genaden, Konig czu Polan, Obrester furste czu lythawen und Erblink zu Russen et cet. Bekennen und Thun kunnth und offembar allen die dessen brieff sehen, horen ader lezen, wen der allerdurchlauchtigisthe forste und herre herre Wenczlaw uon gottes genaden Romischer konig czu allirczeyten meer des Reyches und konig czu Behmen, unsser lieber Bruder die hochgeborne forsten und herren, herren Conrad den Eldern und herren Conrad seynen son, den man nennet Senior, uon den selben gottes genaden hertzogen In Slesien und herren czur Olsen und czur Cozle und die Edelen Wentsch und Bemisch Gebrueder von Donyn, Janken uon Chotczemicz, heuptmann czur braslau und czur Swydenicz; hanns uon Sweyne Rittere und die Erbaren und weyzen Rotmanne der stat Braslaw, syne forsten, rethe und lieben getruwen czu unndersteen solche krige, Orloyczweytracht und unwillen Als wir mit dem Erwirdigen und geisthlichen herren Ulrichen uon Jungingen homeyster dutsches Ordens und syme ganczen orden bis off desse czeyth haben gehat und noch haben gesand hat die mit grosser, getruwer und fleissiger muhe und sorgfeldigkeyth zwischen uns an eyme und den uorgenannten herren homeyster und syme orden am andern teyle eynen stetten, festen und unuorserlichen christlichen ffrede uon wegen In namen und An stad des uorgenannten allerdurchlauchthigisthen forsten und herren, herren Wenczlaws Romischen un Bemischen

koniges unsers lieben Bruders bered, beteydinget und gemacht haben in allir massze . Als hirnoch steet geschrieben . Czum ersten czo globen wir mit dem erstgenanten herren hochmeysther und synem orden einen steten, festen und unuorserlichen cristlichen ffreden zu haben und czu halden bisz uff den nesthen sancti Johannis Tak alls her geboren wart yn allir massze und yn allhyr begreffen puncten und artikeln, alls der allde ffrede bey eczwen konige casimir begriffen, gemachet und uorbriffet ist angeferde Auch so sei wir allir unser sachen stosse, zwetracht, gebrechen und unwillen die wir ken den vorgenannten herren homeisther und seynem orden noch unsr clage und beschuldigunge und ir anthwort und herwider noch ir clage und unsor anthwort keynerley aufgenomen an den obegenanten herren Wenczlaw Romischen und Bemisch konig unsirm lieben bruder mechtiklichemn komen und gegangen . Àlszo und yn solcher weyse was seyne lebe mit seynem weyzen rate und den die her mer dor czu nemen will czwischen uns beyden teylen aussprachen wirt, das wir das gancz stete und unczubruchlich halden czollen und wellen czu ebigen czeyten und globen auch das yn kraft des briffes bey unsirn koniglichen worten gancz stete und unczubruchlich czu halden yn allen stuken, puncten und artikeln Als des ausgesprochen wirt an allerley arglist und an alles gebarde, Doch alczo das der uorgenannte herre Wenczlaw, Romischer und Bemischer konig unnsir lieber Bruder den ausspruch thun soll czwischen allerman Fastnacht nesthkomende, uff welchen tag und an welchen Stete seyn liebe uns beyden teylen beschedin sein wirt und alczo ap wir mit unsirs selbes leyben dor an nicht komen mochten das wir uncze Rette in unsirm Namen und yn unssir Stat myt uoller macht dorczu czenden mogen czolchen aussproch alls wir selber czufolgen und aufzunemen ane geuare . Auch alle uesten und land mit aller und yclicher yrre czugehorunge als wir die . uon beyden teylen uff dessen heutigen tag ynnehaben, sollen wir uon beyden teylen gerulichen und ungehindert alczo ynne hoben und halden und der genisszen und gebruchen biscz czu des uorgenannten unsirs lieben Bruders ausspruch anegeuarde Auch welche Rytter, knechte, lanthleute, lenteute, Borgere adir Gebauren yn diessen kryge und Orlege uon yrren Erben nnd Guttern entwichen seyn und dy gerumit haben und wider dorczu begeren czukommen, die globen wir gerulichen wedir dorczu kommen losen und do bey czu bleyben bes czu dem aussproche . Doch alczo das sye dor czwischen ken uns thun was bellich und recht ist an gefarde . Auch so geben wir allen gefangen tak und geloben den zwischen dem aussproche nichit wedir ein czu manen ane gefarde . Auch czo globen wir mit allen konigen,

forsten, Grawen, freyn, herren, Rittern und knechten, Borgern und Gebauren, Gesthlichen und warthlichen kein aussz genomen noch aussz czu nemen die dem hochmeysther und dem Ordin yn desem Orlewyge und kryge czu hellfe kommen und gerethen seyn und allen den die yer rath und tott do bey getan haben den obegeschreben ffrede unczubrochlichen czu halden in allir weyze alls wir den mit dem herren hohmeysther und seym Ordin halden sollen an arg und an genarde Auch czo geloben wir bey unsirn koniglichen worten, das wir den Samagiten und andern allen Uncristen und allen eren helfern keynerley roth hellffe noch Steuuer thun und uns auch ym ze nicht annemen sullen yn keyn weyze wen wir der yn unsirn ffreden In keynerlee weyze nicht czin noch nemen wellen an allerley argelist und an alls geferde. Alle uorgeschreben ffrede tadingungen, beredungen, globden yn allir massze alls die begriffen und uorgeschriben seyn, globen wir bey unsirn koniglichen worten, stete gancz und unuorroketh czu halden an allerley argeliste und alls gefaerde und czu merersycherheyt. So globen wir noch geschreben Borgin Niklas von gottis genaden Erczbischoff uon Gniczen, Niclas her uon Woynicz, Jan her uon Calis, Sbigneus Regni Polonie Marschalcus, Petrus Schaffranecz undirkemerer uon Cracow, dobrogostius Swidwa, Mathias woywode uon ka . . . . ., Vincencius uon Granow herre czu Nakel, Nicolaus von Opporabo uor dem uorgenanten Allerdurchlanchtigsthen forsten herren herren Wladislaw konig czu Polan, unsirm lieben getrouwen herren bey ym und mit ym das alle uorgeschriben ffrede, tedingen und beredunge yn allen und iklichen yrren stucken, puncten und artikeln und begriffen stete gancz unczubrochen und unuormischt von ym und den zeynen czel . . . den gehalden an allerley argelist und an arges geffarde und do gott uor sey ab der uorgeschrebin ffrede, teydinge und beredunge yn keynerley weyze von uns adir uon den unsirn gebrochen wurde so sol und mag der Offtgenannte der Allirdurchlauchtigisthe forsten und herren herren Wenczlaw Romischer und Bemischer konig unsir lieber Brueder dem herren hochmeysther und dem Ordin obir uns unszir Reych helffen und Bey legen noch seynem willen als . . . . wir und dy unssirn den vorgeschrebin ffrede wedirhildin und dy Bruche dy wir odir dy unssirn do bey geton hetten noch seyner lieben derkennthnus uollkommelich . . . . hetten und was seyne liebe und alle dy den her eyn solches uon zeiner . . . . . . und an seyner stat czu thun hette beuolen do bey teten adir thun werdin, dor . . . . koniglichen . . . . als uor nicht sye czuhindern noch dorumme yn keyner weyse zu saden noch czuuordenken, an alle argelist und an alles geffarde. Des czu

. . . . . . eyknys . . . . uestunge haben wir . . . . unsir koniglikh und wir uorgeschribin Borgin iklicher sein eyngesigel an dissen briff gehangen. Geben uff der Grenz zwischeu Swecz und Bromburk des nechsten Dienstages noch Francisci Noch Christen Gebort Im uierczenesshundertsten und neundten Jore.

(Membranula multis maculis confecta est.)

XIII.

Annus 1409.

Foedus Sigismundi, regis Hungariae, cum Ulrico Jungingen, Magistro generali, contra regem Poloniae.

Rok 1409.

Przymierze Zygmunta króla węgierskiego z Ulrykiem Jungingen wielkim mistrzem przeciw królowi polskiemu.

Nos Sigismundus dei gratia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodemirie Comanie Bulgarieque Rex Marchioque Brandenburgeñ. Sacri Romani Imperñ vicarius generalis et archicammerarius ac Bohemie et luczenburgeñ . heres . Recognoscimus tenore presencium coram vniuersis. Quod ad honorem et gloriam dei omnipotentis necnon augmentum et robur tocius orthodoxe fidei ac Regnorum et subditorum nostrorum cuiuscunque status et condicionis existant pacem tranquillitatem comodum et profectum Et signanter ob sinceram deuocionem quam ad honorabilem et Religiosum ordinem fratrum domus Theotonicorum semper habuimus et habemus depresenti, Animaduertentes eciam quod ipsi et terre ipsorum in confinibus et metis suis ab vna Nosque ac regna nostra parte ab altera ab infidelibus defensio et scutum christi fidelium existunt, Pro eo animo deliberato maturoque ac sufficienti superinde prehabito consilio ac decerta nostra sciencia Cum venerabili domino fratre vlrico de Jungingen prefati ordinis domus theotonicorum Generalimagistro successoribus que

ipsius ac toto ordine ejusdem per honorabiles ac Religiosos viros fratres Ordinis predicti videlicet Wernherum de Tettingen Supremum hospitalarium ac Commendatorem in Elbingo Necnon Albertum Comitem de Swarczburgk Commendatorem in Thorun quos idem Generalis magister suo ac tocius ordinis nominibus tamquam suos et ordinis ipsius veros et legittimos procuratores et Ambasiatores cum pleno mandato ac omnimoda potestate ad nostram Serenitatem destinavit veram vnionem et certas ligas ac confederationes duximus faciendas ac modo infrascripto decerta nostra sciencia facimus presencium per vigorem. Primum videlicet et principaliter quod si et inquantum ac quociescunque successu temporis inter vladislaum Regem Polonie vel heredes seu successores suos Reges Polonie ac Regnum Polonie predictum Cum nominato Generalimagistro successoribus suis et ordine quocunque modo vel quibuscunque causis lites seu gwerre suscitarentur. Et idem Rex polonie aut heredes et successores sui vel Regnum polonie predictum aut coadiutores eorundem infideles sicut lithuanos Ruthenos Thartaros vel alios quoscunque scismaticos Et a sancta Romana ecclesia diuersos quibuscunque nominibus vocitatos Sibi in subsidium et auxilium contra et aduersus prefatum generalem magistrum et successores suos ac ordinem reciperent haberent, aut recipere et habere, ipsosque cum eisdem infidelibus dampnificare molestare, aut quouismodo impedire vellent Et nos aut heredes nostri seu successores Reges vngarie aut Regnum nostrum vngarie predictum per nominatum generalem magistrum aut successores suos et ordinem vigore presencium requisiti fuerimus Ex tunc statim et incontinenti ac sine omni protractione eosdem Magistrum et ordinem contra predictum Regem Polonie heredes et successores suos Reges polonie et Regnum Polonie predictum et coadiutores eorundem iuxta totum posse nostrum Sine quouis dolo et fraude juuare volumus promittimus et debemus Que inquam subsidia seu auxilia ipsis iuxta metas et confinia ac Granicias Regni nostri Hungarie predicti Aut ubi talia melius et utilius facere poterimus in omnem euentum lucri pariter et dampni fideliter sine omni dolo et fraude facere volumus et debemus Et si nos in huiusmodi litibus et gwerris modo suprascripto suscitatis seu exortis aut terras ac bona ab ipso ordine alienata ac predictum Regem polonie aut Regnum Polonie occupata et usurpata reacquirere et reobtinere contingeret Ex tunc easdem terras et bona per nos taliter reacquisita et reobtenta prefato ordini restituere ac sibi de eisdem condescendere volumus et debemus. Et illa contra prefatum ordinem nullomodo retinere. Ceterum dum et quanto ac quotienscunque successu temporis inter predictum Generalem magistrum successores suos ac ordinem ab vna Et

prenominatum Regem polonie aut heredes et successores suos Reges vel Regnum Polonie predictum parte ab altera lites seu gwerre orirentur. Ex tunc litibus et gwerris durantibus cum prefato Rege Polonie heredibus successoribus suis et Regno polonie predicto nullas treugas pacis nullamve concordiam inire volumus nec tenere sine predicti generalis magistri successorum suorum ac ordinis scitu et voluntate Quampocius eosdem Generalem magistrum et ordinem contra prefatum Regem polonie heredes et successores ipsius ac regnum polonie predictos modo superius expresso volumus et debemus fideliter adiuuare Si autem nos Sigismundum Regem Hungarie predictum aut heredes uel successores nostros Reges Hungarie ac Regnum Hungarie predictum cum prefato rege Polonie aut heredibus vel successoribus suis seu Regno Polonie predicto pro metis graniciis Terris hominibus uel aliis quibuscunque ex causis aliquas dissensiones inire contigerit et ibidem ab ipsis condignam satisfactionem et concordiam habere possemus, quociensennque hoc successu temporis contigerit easdem nobis licebit assumere Attamen simpliciter et in toto sine preiudicio unionis et ligarum ac confederationum suprascriptarum Nam tales per hoc nullomodo debent violari nec infringi Sed iuxta omnes ipsarum clausulas et articulos superius expressos perpetuo et inviolabiliter observari. Nosque etiam in huiusmodi satisfactione concordia, Si quam modo premisso facere voluerimus expresse excipere et manifestare debemus quod unionem ac omnes ligas ac confederationes cum nominato generali magistro et ordine factas et stabilitas per omnia illesas et inviolatas perpetuo volumus obseruare, Et nos prefatus Segismundus Rex hungarie promittimus bona nostra fide in verbo regio ac sine dolo et fraude pro nobis heredibus ac successoribus nostris Regibus et regno nostro Hungarie predicto Suprascriptas vnionem ligas et confederaciones quo ad omnes ipsarum clausulas et articulos firmas et integras tenere ac perpetuis temporibus inviolabiliter obseruare Harum quibus sigillum nostrum majestatis appensum est testimonio litterarum. Datum Bude Anno ab Incarnatione domini Millesimo quadringentesimo Nono feria sexta in vigilia sancti Thome apostoli.

Caput V.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1410.

Rozdział V.

Akta dyplomatyczne za panowania Władysława Jagiełły, z roku 1410.

I.

Annus 1410.

Incognitus reddit certiorem Magistrum generalem, quid sibi denuntiatum sit de curia Reginae Poloniae.

Rok 1410.

Jakiś nieznajomy uwiadamia Wielkiego mistrza o tem, co mu o dworze królowej Polskiej doniesiono.

Dem erwirdegen grosmecthegen hern herren homeyster dewczes ordens seynen forstenlichen genoden sal deser bryff myt grossir erwirdekeyt etc.

Meynen wyllegen wndirtenigen dynst czu alln czeyten vnuorsewmelich czuvor erwirdiger lybir genedeger forste eweren gros mecthtegen genoden tu ich czu wyssen das ich ben gewessen myt dem Junhen Cretköffken des fater yst hupt-

man vnd woywode gewest aff der ganczen koya dem got genode bey der genedegen konygynne hoffe, alzo von martini der no nest vor ganhen yst do quam der konygynne czeytunhe wy das aber dy tateren haben grossen schaden getan vor lawczke vnd der bothe sprach das dy tateren keyn hyndernys nicht haben von den polen, ouch seynt dy polen gewest vor Fastnacht in der slessye vnd haben gerobst vnd seynt wedir vs gerocket; ouch habe ich gehort bey der konygynne hoffe wy das dy polen gros lop geben den slesseger wy das se frryssche czoffe lewte seynt vnd beyssen sere weder auch wysse ewir forstenliche gnade das dy polenschen huptlewte dy off den granitzen syczen ken der slesie alzo scharwynsky vnde her sarambe vnd her drzyrsky dy haben fel abryck gesynde dy mwssen roben, vnd dy polnischen huptleyte saen durch dy fynher vnd das wellen dy slesier nicht leyden vnd reythen ouch vor Krakaw vnd rethen sich wo se mogen ouch wisse wir forstenliche gnade das dy polen seynt gros bekommert wen se konnen keyn gespreche nicht entlichen vorslyssen ane den oppirsten roet der bischof von Krockaw der thar nicht czu keyme gespreche komen vnd der erczbyschoff hot eyne swere krankheyt das ys ist sich czu besorgen her mus de tod dor fon haben no wellen dy polen eyn gespreche haben myt dem konyge czu parczefo of sancti george vnd der konyg wel of sancti Johanni baptista alzo stetys in czew tracht sunder wen ich werde vor namen eynen gancze stetten tak den sal ich eweren forstenlichen genaden lossen wyssen on vorsewmet. ouch habe ich nymant off desem ertreych dem ich mag klagen meyn gros leyden vnd meyn gros armut was ich habe geleden wen eweren forstenlichen genode wen das tret mich for das ich setze men hoffen in got vnd in ewer forstenliche hulfe mer arman czu helfen czu brote off meyn alder czum meynem laben, ouch wysse ewir forstenliche gnade das yo dy polen wellen krygen woe se hen wellen das yst nicht offenbar nicht mer off desse czeyt sundir ich bethe got vor ewir forstenliche gesuntheyt vnd vor den ganczen orden czu gutir nacht.

N. S. —

II.

Annus 1410.

Incognitus certiorem facit Magistrum generalem de controversiis ortis inter regem Poloniae et proceres ejusdem regni.

Rok 1410.

Bezimienny donosi mistrzowi wielkiemu o kłótniach, zaszłych pomiędzy królem polskim a panami polskimi.

Dem erwirdegen grosmectegen Hern Hern Homeyster dewczes ordens seynen forstenlichen genoden sal der briff mit grosser erwerdekeyt.

Meynen wyllegen wndertenegen dynst czu allir czeyt wnvorsewmelich czuuor erwirdeger lybir genediger Herre ewer forstenlichen genaden tun ich czu wissen czeytungk vs dem gespreche von petirkaw wy das der konyg ist myt den polen eyns worden das dy polen sullen lantwer legen zu kamenecz yn der podolye ken den tateren swnder vs genomen czu vor swllen des konyges Hoffegesynde eyn jor ouch wysse ewir forstenliche genode das der konig hat frede off genomen mit den forsten vs der slesie czewir Jor omme des willen das dy lyttawen nicht wellen ap tratthen das lant Lwczke dor omme das die polen des te bas mogen eren wyllen haben myt den Lyttawen wen dy polen wellen haben lawczke ader wellen alle dor omme sterben, ouch haben dy polen alzo hok vor manet an seyne konechlichen wort dy her en gelobet hat also das her dy polen by erem alden rechte wel lossen das entphelt en der konig no haben dy polen den konyc alzo hok gestraft das her flossogete of ere rede antwerte der konyg, ich weys wol das er mich nicht wellet vor eynen konyg haben, vnd synnet wy er mich mocht vor rothen, also schyden se von dem konynge ane ende, das dy polen gingen in eyn roet no hatthe dy Lyttawen eynen Lytthawen gesant der was gleich gestalt alzo eyn polen, do dy polen en derkanthen do slwgen se dem kenyge czu smoheyt vnd roften en das her kum laben yst bleben no hat sich dy konygynne dor eyn gelegtyn dy sach myt grossen hogen borten, das der konyg thete den willen der polen das mocthe of dy czeyt nicht

geschen, als seynt die litthauen vs geczogen vs dem lant czu polen ouch wyste ewir genade das der konig sal nomen der keyserynne schwester no sullen alle herren geystlich und wertlich komen ken krakaw of sancti alexi vnd sullen kyfen geystliche vnd wertliche dy do sullen cvyn czu dem keyser nach der keyserynne swester, der vsczok sal geschau off Jacobi vnd der konyg sol czu krakaw legen bas man em die Juncfraw brenget no get eyn geschos das der konyg hat gesaizt off dy borger eynen groschen von der marke vnd von igticher Hubeu VI groschen das gelt sal der Konygynne morgen gobe seyn auch ist czweytracht voe des erczbyschoffs wen das man noch nicht weys gancz wer ys seyn sal auch genedeger forste ich welde gerne mit eweren genode breytir reden von den sachen, sunder ewer forstenlich genode vor nymet bas wen ichs ewir genoden kan screyben nicht mer eff des czeyt sunder ich bete got ewir genoden grosse gesuntheyt czu guter nacht.

N. S.

Beiliegender Zettel.

Ouch bethe ich ewir forstenliche genode namet vor gut das ich ewir genode nicht swche als meynen genedegen Hern das dor kenne got das ich nicht wen der niclos beyrse der wonet nicht ferre von mir no hat her czu molle fer czu swchanhe vs dem lande von prwssunhe dy mŭchten nich ys vs geben dor ome bethe ich ewir forstenliche genode alzo meynen liben genedigen herrn heflt mir off dese czeyt mit eyner czerunghe durch meynen liben herrn kunter von Tornn.

III.

Annus 1410.

Jakobus, Episcopus Plocensis, rogat Ulricum de Jungingen, Magistrum generalem, ne bona ecclesiastica in terra Dobrinensi sita molestet.

Rok 1410.

Jakób, biskup płocki, prosi Ulryka de Jungingen, wielkiego mistrza, aby dobr jego kościelnych w ziemi dobrzyńskiej położonych nie niszczył.

Magnifico et Venerabili viro domino fratri Vlrico de Jungingen ordinis beate Marie Theutonicorum hospitalis Irlomitañ Magistro generali.

Magnifice ac venerabilis domine cultorque iusticie. Quia anno preterito seue tempestatis gwerrarum peccatis hominum exigentibus impetu instante vestre Magnificentie humiliter supplicauerim ut bona ecclesie mee cum dei et iusticie cum Ecclesia et ego et omnes spirituales huiusmodi tempestatis incapaces sumus et nullomodo participes et nulli obesse omnibusque prodesse debemus desolare et destruere non velitis sed protegere dignaremini vestraque iuste ac benigne prouideque annuens huiusmodi bona mea in Terra dobrineñ sita et aliis in multis protexit et salua stare permisit Commendatori quod in Osterod ut similiter dicta bona mea non uastaret generose scripserat Quare si in antea ille cuius est pacem in terris ponere et suorum pauperum misereri huiusmodi tempestatem gwerrarum ab alto prospiciens non sodauerit et huiusmodi tempestatem in amaros imbres protendere permiserit iteratis vicibus humiliter supplico . Quatenus premissis attentis huiusmodi bona ecclesie mee per exercitus vestros dignemini non permittere sed tamquam calumpna iusticie ea protegere Commendatoribus que in Osterod in Strosberg et aliis ut similiter bona ecclesie mee non destruant sed protegant scribere et mandare et ad premissa michi responsum gratiosum dare. Ab altissimo longeuam in presenti et in futuro eternam vitam cum beatis percepturi. Poltowsk VII° die mensis Juny.

Jacobus dei gratia
Episcopus Ploceñ.

IV.

Annus 1410.

Epistola regis Poloniae ad Thorunenses et alias urbes in terra Culmensi sitas, ut illi sua sponte se subjiciant.

Rok 1410.

List króla Polskiego do Toruńczan i innych miast w ziemi chełmińskiej położonych, aby mu się dobrowolnie poddały.

Copia litterarum Regis Połonie ipsis civibus Thoruneñ ciuitatis dominica die ante festum Mariemagdalene Anno M. CCCC. decimo oblatarum.

Wladislaus dei gratia Rex Polonie Lythwauie Princeps supremus et heres Russie etc. Providis viris Magistris civium consulibus Rectoribus Thoruneñ. et aliarum terre Colmeñ. ciuitatum nobis sinceris et dilectis gratiam et continuum fauoris incrementum. Providi sincere nobis dilecti, Noueritis nos cum Magistro generali et ipsius ordine, qui nobis pacis federa perpetua nobis non sunt veriti infringere et alias irrogare injurias feria tercia in die sancto diuisionis apostolorum conflictum habuisse congressum, et eos in virtute altissimi deluisse et prostrasse, ubi magister generalis vester et Marschalkus cum aliis multis coppreceptoribus suis in ore gladii defecerunt, Ne itaque vos et bona vestra incendiis amplioribus incomodis et dispendiis conturbemus, quod invitis et cum omni molestia facere nos oportet, universitatem vestram desideranter requirimus, quatenus ad tollendum huiusmodi incommoda nobis fidelitatis omagium facere velitis et praestare, Nos quoque vos volumus circa omnia et singula iura imunitates libertates consuetudines et privilegia vestra firmiter conseruare et ea quantum possibile fuerit reformare et prosequi favoribus graciosis et benignis. Sin autem hujusmodi desideriis nostris nolueritis parere et consentire ista vice omnibus modis quibus poterimus studebimus vos subiugare nostre dictioni, tunc enim beneficium

gracie nostre difficulter possetis prosequi et habere. Datum prope Ostrobog feria IIII. in crastino diuisionis apostolorum anno M. CCCC° decimo.

Relacione domini Nicolai
Regni Polonie vicecancellar.

V.

Annus 1410.

Rex Poloniae invitat cives Tucholenses et Chojnicenses, ut sibi adhaereant.

Rok 1410.

Król polski wzywa mieszkańcow Tucholi i Chojnic, aby na jego stronę prześli.

Wladislaus dei gratia Rex polonie etc.

Nobilibus et prouidis Terrigenis et ciuibus Tucholleñ. et Coyniceñ gratiam et omne bonum prouidi et nobiles intelleximus qualiter ad suggestionem nostrorum hostium ab omagiis nobis factis recessissetis et iterum ad nos velletis se conterere si nobiscum gratiam faceremus pro quo sciat vestra universitas quod omnibus hiis qui ad nos et fidelitatem nobis factam redire voluerint nobisque fideliter adherere generosi volumus et benigni ipsorumque deficto voluimus indulgere nec aliquam in ipsis et bonis recipere ulcionem et vindictam solummodo quod propter fidelitatis vestre experigentiam meliorem omnes hospites cruciferos et Bohemos qui in vestra civitate et bonis vestris moram trahunt velitis recipere in captiuis ipsosque et ciuitatem pro nobis fideliter conseruare et tenere tamdiu quousquam ad nos dirigemus gentes nostras Alias si secus feceritis quitquit vobis acciderat nobis imputare non debetis pro eodem vos videlicet ipsos et

prolem vestram decepturi. Datum in iunowladislaw feria secundo ante festum sancte Hedwigis. Anno etc. X.

Ad relationem domini Conradi de frankenberg.

VI.

Annus 1410.

Vladislaus rex Poloniae queritur Commendatori Henrico de Plauen de crudelitate ordinis contra captivos Polonos commissa.

Rok 1410.

Władisław król polski żali się Kommendorowi Henrikowi de Plauen na obrucieństwo zakonu przeciw jeńcom polskim.

Venerando et Nobili Henrico de Plawen Commendatori in Swecze locumtenenti Magistri Ordinis Theutonicorum in Prussia. —

Wladislaus dei gracia Rex Polonie lythwanieque Princeps Supremus et heres Russie etc. —

Venerande et Nobilis litteras vestras plena percepimus racione in quibus nostre scribitis majestati postulantes ut Captiuos quos nuper in crastino beati dionisii Curie nostre Familiares receperunt in Conflictu ad fidei dignaremur dimittere, cautionem offerentes vos homines nostros quos vestri receperunt pro captiuis ad equalem fidei caucionem seu promissionem dimissuri Scientes quod tum vestris instanciis tum laudabilis christianice consuetudinis moti racione que in Bellis solita est obseruare Captiuos dimittere super fidem et promissa omnes et singulos quos in conflictu predicto et alio priori recepimus pro Captiuis super fidem et promissa dimisimus et certum Ipsis diem et Terminum coram nobis statuendi prefiximus Comendatores vero et alios comfratres Ordinis vestri quos nobis . . . . . nostri de Conflictu predicto adduxerunt pro quibus nobis scribitis priusquam litteras vestras recepimus . . . . crudeli seuitate que per uestros

in nostris hominibus quos pro Captiuis recepistis sunt comissa ad Castra nostra deducere . . . Quis enim audiuit aseculis Captiuos christianorum tanta inhumanitate torqueri quemadmodum vos nostros homines quos sumitis pro captiuis mortis dispendio atroci gladio et aliis penarum generibus christianica abutentes pietate punire presumitis cum tamen nostis quod multoplures vestros quam vos nostros habemus pro Captiuis in quibus nullam impietatis Tiranidem vellemus exercere dummodo ad id per vestra exempla non duceremur ymmo magis cogeremur ex quo vos in hominibus nostris incepistis Tiranidem exercere quam nos nunquam habuimus in conceptu Ideo vos requirimus et hortamur in desideriis obtinentis, quatenus omnes nostros quos habetis captiuatos pari vicissitudine sicut et nos vestros liberos dimittatis vos enim adhuc in minoribus constitutis humani sangwinis sparsionem semper odio habuistis Nunc autem majorem habentes prohibendi facultatem homines nostros Captiuos gladio cedere permissistis quasi nobis innentes ut et nos vestros pari pena persequamur quod vtique nos facere oportebit si tam detestande morem consuetudinis ulterius duxeritis obseruandum Ceterum scribitis nobis quomodo velletis Jaroslaum vexilliferum Poznanień . quem circa Slothow in quodam certamine pro Captiuo recepistis pro Aduocato Nouemarche quem habemus in captiuum liberare vnde noueritis quod Jaroslaus predictus per eum per quem fuit in eodem certamine in Captivum apprehensus exstitit integre restitutus libertati et a fidei promissionibus plene absolutis et dimissus nec cuiquam in aliqua captiuitate uel promissis obligatur datum in die sancti Crispini Anno domini etc. decimo ad premissa nobis per Nunccium presentem dirigatis responsiuam. —

Ad relationem Donyn . Saudomirień,
et Crusohuicień . Ecclesiarum Canonici
etc. Prothonotar . Curie nostre. —

VII.
Annus 1410.

Rex Poloniae demonstrat ducibus, comitibus, baronibus etc., qui ad Tucholiam ordini adsteterunt, quibus injuriis ab ordine afflictus sit.

Rok 1410.

Król polski okazuje książętom, hrabiom, baronom i td. którzy zakonowi pod Tucholą dopomagali, jakich niesprawiedliwosci od zakonu doznał.

Wladislaus dei gratia rex Polonie lythwanieque Princeps Supremus et heres Russie etc. —

Uniuersis et singulis Principibus Comitibus Baronibus Militibus Nobilibus Clientibus ceterisque in Tuchola et alias ubilibet presidentibus qui cruciferis de Prussia et ipsorum ordini venerunt snbsidia ministrare Salutem et Justicie cognoscere puritatem, Illustres Magnifici nobiles et famosi viri mirari ad pleuum non possumus, quod cum sitis multe probitatis et virtutis prediti decoribus et debita fulciti racione cur non cognita iusticia nostra, quam dante domino pro nobis obtinemus, aduersus nos cruciferis venistis in succursum, qui perpetua pacisfedera, que nobiscum et cum regno nostro Polonie habuerunt apostolicis, imperatorijs nostris et nostrorum predecessorum ac ipsorum Ordinis litteris confirmata habentes contemptu salutis proprie immemores et honoris ipsorum prodigi terras nostras Dobrineñs . et Nakleñ . et alias etc. hostiliter invaserunt et eas per ignem et cremium conuerterunt in favillam, ubi dampnis et dispendiis inedicibilibus perpetratis quedam castra in eis, que cum magnis sumptibus et gravibus laboribus erecta sunt et constructa in ruinam proiecerunt, Regie nostre majestatis in dedecus et contemptum, Nec pro hiis et aliis injuriis quas ab ipsis plerumque pertulimus multis per nos requisiti instantiis nobis voluerunt respondere et quocienscunque injurias nostras huiusmodi ad vestram et aliorum Principum et Nobilium fidem colentium christianam deducere voluimus noticiam, semper Nunciis nostris iter precluserunt transeundi et eos captivare uel necare procurarunt, sic quod iusticia nostra aput vos et alios Principes christianos incognita remansit et ignota, que si ad aures vestras pervenisset, fortasse nulla, a vobis subsidia re-

cepissent, nec ipsorum auri vel argenti pecunia ad ipsorum auxilia vos flectere potuisset, quin magis iusticie quam eorum suggestionibus et precio fuissetis acclinati, quam utique Justiciam dante domino habere nos censemus, pro cuius experigentia meliori ut cognoscatis, quod cruciferi predicti nullam nobis movendi Gwerras contra nos occasionem habuerunt, duos Nobiles Exercitus vestri, quibus innocentie et justicie nostre declarabimus puritatem sub salvo et christianico conductu nostro ad nos dirigatis aut nos duos de nostris Nobilibus, qui vobis exponent iusticiam nostram, ad vos dirigemus. dummodo ipsis ad vos veniendi et a vobis recedendi plena per vos concederetur securitatis potestas et facultas. Datum in Juveni Wladislavia dominico die proximo ante festum sancti Martini Anno domini Millesimo Quadringentesimo decimo Ad premissa a vobis postulamus responsivam litteram.

Ad relacionem Donyn
Prothonotar.

VIII.

Annus 1410.

Rex Poloniae Vladislaus (Jagello) init indutias cum Magistro generali Henrico de Plauen.

Rok 1410.

Władisław Jagiełło, król polski, zawiera zawieszenie broni z Henrykiem de Plauen Wielkim Mistrzem Krzyżackiem.

Wladislaus Rex Polonie Dei gracia Lithwanieque princeps suppremus et haeres Russie. Ad uniuersorum noticiam per hec scripta deducimus quod in uigilia Concepcionis sancte Marie proxima preterita, nostri et Magnifici et Venerabilis Domini Henrici de Plawen Ordinis sancte Marie Theutonicorum Magistri generalis et cet. Consiliarii de et super intercipiendis gwerris, litibus displicenciis controuersiis ac proeliorum dispendiis inter nos et Regnum ac Coronam nos-

stram et Ordinis predictum hinc inde dampnabiliter hactenus ortas legitimum habentes terminum placitorum inter nos ipsumque Regnum et Coronam Polonie ac terras, Principatus, possessiones dominia Catholica et scismatica et alia omnia quelibet uel subiecta dicioni Ac quosuis suos Adiutores, homines et subditos, cuiuscumque status, Condicionis, dignitatis aut eminencie extiterit et signanter preclaros et Magnificos principes dominos ffratres nostros charissimos, Alexandrum alias Wytowd Lithuanie, Boguslaum Stolpensem, Johannem et Syemouitum ffratres gemanos Mazonie, Duces eorumque Adiutores homines ac subditos, terras principatus, prouincias, dominia et possessiones catholicas, scismaticas et gentiles status condicionis, linguagii et dignitatis cuiuscumque extant, quibuscumque modis, tytulo et Condicionibus·eas obtineant ab una et eumdem dominum Heinricum de Plawen Magistrum generalem eiusque ordinem predictum, terras; coadiutores et quoslibet homines sibi subiectos parte ab altera, pacis treugas cristianicas ueras ac perfectas, ac sine cuiusuis ficti ac dolosi coloris interieccione inconcusse et efficaciter tenendas ibidem fecerunt, disposuerunt, ordinauerunt riteque et realiter parauerunt et sanxerunt a die dominico proximo ad quatuor septimanarum continue se sequencium spacium et decursum duraturas, sub Condicionibus infrascriptis, primo quod omnia Castra et Ciuitates puta strosperk, Reddin, Thorun, Neschabo, et Bytaw homines in eisdem existentes et ad ipsas pertinentes quarum possessionem in terris Prussie habemus usquemodo, in huiusmodi treugis idem Magister et eius Ordo seruare debebit, hominibusque et personis earum ubilibet per terras, Ciuitates et loca sua circumiendi, incedendi equitandi, vehendi, ducendi, forizandi, ac ipsa Castra et Ciuitates fulciendi, implendi, reformandi, et quoslibet actus libere et sine impedimento exercendi plenam et omnimodam dare facultatem, dempto solo Castro Thorun quodlibet cum hominibus in ipso existentibus, treugis huiusmodi includatur et ad ipsum queque uictualia de Civitate et de aliis partibus medio tempore duci debent et parari non tamen maioribus apparatibus ciborum potuum, ignis, defensionis, armorum, gencium, propugnacionis, et tutele impleri debet et fulciri, nisi quod in expiracione earumdem treugarum idem apparatus in eodem numero pondere et quantitate, prout nunc sunt et non plures ibidem remanerent, sub fide, consciencia et honore . Illo eciam non obmisso quod ipsum Castrum Thorun cum Castello, et Molendino sub ipso sito et omnia alia que in area Castri continentur nos et nostri homines infra treugas huiusmodi tenere debebimus pacifice et quiete . Ipse eciam dominus Magister Molendinum Lubicz per se et per alium instaurare reparare et reedificare non de-

bebit interim quoque modo hoc eciam addito specialiter et expresse quod homines et familiares Castri nostri Thorun de Castro ad Castrum, ad Ciuitatem et extra Ciuitatem Thorun et alias ad loca ipsis placita, viis et semitis, antiquis, solitis et consuetis ambulandi, equitandi, ducendi, hominibus conuersandi et actos singulos exercendi, liberam et omnimodam debent habere facultatem. Ipse autem dominus Magister et sui omnes nulla noua edificia structuras et quosuis apparatus ad oppugnacionem eiusdem Castri opportunos medio tempore parare debent nec aptare. Sed huiusmodi apparatus in eodem, in quo nunc habent, usque ad explecionem earumdem treugarum habere debebunt numero neruo et quantitate. Quequidem Castra et Ciuitates suprascripte cum eorum utilitatibus, coherencijs, et pertinenciis nos et nostri homines habebimus, tenebimus, utifruemur et pacifice possidebimus, durantibus eisdem treugis ut prefertur. In casum autem si homines Magistri status et condicionis cuiuscumque in terris, Ciuitatibus et locis nobis subiectis nostris quibuscumque hominibus contenciones, displicentias, controuersias mouere, uiolentias seu iniurias facere, volnera infligere et aliquos excessus enormes committere contigerit, per hoc tamen dicte treuge inuiolabiles debent esse et illese nec de huiusmodi hominibus per nos et Officiales nostros debet recipi uindicta ulcionis, sed ad iusticiam de istis faciendis ipsi Magistro et officialibus debebunt pernotare, decernentes quod omnes captiui parcium utrarumque tam depactati quam depactandi exclusis principibus et captiuis, qui in remotis partibus sedentes mancipati propria uisitando domicilia non possent uenire ad huiusmodi terminum tempestiue, ad presentandum se mancipio, seu ad soluendum sue depaccionis debitum debent habere terminum una septimana post exspiracionem presencium treugarum Si autem idem terminus aliquibus non placeat, illi terminos ipsis alias assignatos assequantur. Quasquidem pacis treugas ita laudabiliter, rite et racionabiliter inter nos ordinatas factas et statutas una cum Consiliariis nostris infrascriptis. Reuerendo in Christro patre domino Jacobo Episcopo Plocensi Magnificoque uiro Sandcziwogio de Ostrorog Poznaniensis, Jacobo de Conyeczpolye Siradiensis, Mathia de Labyschin Wladislauiensis Pallatinis, Petro Schaffranecz subcammerario Cracouiensis, Nicolao Judice Poznaniensis, Johanne Lanciciensis, Jurman Medczirczensis, Cottone Naklensis Castellanis, Pincerna Nicolao de Opporow, venatore Lanciciensis, Barthossio Capitaneo Syradiensis, Domarathone Castellano Beyczensis et Petro Myedzweczky Curie Marschalco coniunctum, diuisum et insolidum ratas, gratas ac firmas habentes ipsas assumimus, approbamus, ratificamus, gratificamus et tenore presencium confirmamus decernentes ipsas robur constantis firmitatis ob-

tinere, Quas sub fide, anima consciencia et honore nostris in uerbo nostro firmiter et inuiolabiliter seruare promittimus nec eis uerbo facto et opere contraire dolo et fraude quibuslibet procul motis, In quibus quidem treugis si quod absit ipso Magistro eiusque coadiutorum predictorum terris, principatibus, prouinciis, districtibus, hominibus et subditis ipsis subiectis per nos aut nostros dampna illata forent, quouismodo illa plenarie et integre resarcire bona fide promittimus et presentibus pollicemur sine dolo. Si quid contra premissa aut quodlibet premissorum per se uel per alium uel alios, directe uel indirecte, expliciti uel impliciti, clam publice uel occulto, manifeste uel apperte, verbo opere ac facto, nutu signo aut quocumque indicio duximus attemptandum, per quod aut per que huiusmodi treuge pacis impedirentur, id ipsum uergat in dedecus nostrorum fidei, anime, consciencie ac honoris, Infamesque, inglorii, fidefragi uolumus reputari, ab honore recedere et pudori perpetuo subiacere, tamquam premissorum fidei, conscientie ac honoris transgressores subicientes nos monicioni, ortacioni et imperijs cuiuslibet subditi prussie uel alterius cuiuscumque, qui presentem litteram possedebit uel habebit, excludentes omnes glosas, exposiciones, interpretaciones, supersticiones extraneas et alienas circa premissa et quodlibet premissorum, sed propriis interpretacionibus, exposicionibus, et altercacionibus presentes uolumus interpretari et exponi iuxta significata propria terminorum. Harum quibus nostrum et Consiliariorum nostrorum prescriptorum sigilla appensa sunt testimonio litterarum. Datum in Castro nostro Neschobo feria tercia incrastino Concepcionis sancte Marie uirginis gloriose. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Decimo.

Littera originalis treugarum pacis quattuor hebdomadum de data in Castro Neschobo in Crastino Concepcionis sancte Marie uirginis gloriose.

IX.

Annus 1410.

Rex Poloniae gratulatur Henrico de Plauen Magistro generali, qui summam hanc dignitatem assecutus est.

Rok 1410.

Król polski winszuje Henrykowi de Plauen, mistrzowi wielkiemu, który najwyższą tę godność w zakonie osięgnął.

Magnifico et Wenerabili domino Henrico de Plawen ordinis domus Theutunicorum de Prussia magistro generali.

Wladislaus dei gratia Rex Polonie etc.

Magnifice et Wenerabilis Nosse poterit vestra sinceritas, Quomodo semper statum promocionis vestre dileximus et quod ad tam insignem, dignitatis apicem, altitudo domini consilii vos promouit, quodam affectu singulari gratulamur et vos hac potiri dignitate pre ceteris eligimus, Nam ad huc paccatis temporibus mutue inter Nos zelus floruit caritatis quem et adhuc florere expectamus almi spiritus gratia annuente dummodo pompa quam predecessores vestri erga nostram impie gesserunt majestatem locum in vobis non haberet, Tunc enim Gwerrarum dispendia et odiorum incentiua que hactenus miserabiliter inter nos durauerunt faciliter possent sopiri et cessare. Cum ipsa semper nobis fuerunt odiosa, Quis autem eorum fuerit suscitator nouit Ille cui nichil est ignotum cuius indicium consciencie examinat puritatem, ut ergo oriens exalto votorum vtrique nostrorum atque animus noster semper aspirauit siciens procellas preliorum suffocare, ne christianitatis religio tot incomodis pulsaretur sed magis pacis vteretur dulcedine, consonas faceret voluntates ad nos in Raczansz juxta utrumque nostrorum consiliariorum decreta arbitria veniatis nobiscum placitorum negocia tractaturi, Datum in Brzescze feria tercia in crastino concepcionis sancte marie Anno domini Millesimo CCCC°. decimo.

Dominus Rex
per se.

Caput VI.

Acta diplomatica regnante Wladislao Jagiellone, de anno 1411 ad 1412.

Rozdział VI.

Akta dyplomatyczne za panowania Władysława Jagiełły, z roku 1411–1412.

I.

Annus 1411.

Wladislaus rex Poloniae et Witowdus magnus dux promittunt ordini, se tuituros inducias per duos adhuc dies, quo tempore de iniendo foedere res agitur.

Rok 1411.

Władysław król polski i Witołd wielki książę obiecują zokonowi, że rozejm jeszcze przez dwa dni zachowają, w którymto czasie o zawar c iupzymierza traktować strony będą.

Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie Littuanieque princeps supremus et heres Russie et cet unacum Preclaro principe domino Alexandro alias Witowd duci Littuanie maioris Illustri fratre nostro carissimo Validisque ac strenuis

uiris Sandziwogio de Ostrorog Poznaniense Nicolao de Michalow Sandomiriense Pallatinis, Janussio de Jholiskow kalisiense et Cristino de kozeglowi Sandecense Castellanis coniunctim et diuisim omnes in solido tam pro nobis quam pro alijs omnibus cuiuscunque status et Condicionis hominibus sub fide et honore ac onere Juramenti nostris tenore presencium promittimus quod treugas pacis inter nos Coronam nostram et Regnum nostrum ab una uenerabilem Heinricum de Plawen Magistrum generalem et eius ordinem parte ex altera ordinate facte et firmate per duos dies inmediate preteritos obseruate uidelicet per diem sancti Vincencii Martiris qui erat feria quinta ac feriam sextam inmediate sequentem proxime preteritos usque ad medium noctis prefate ferie sexte inclusiue prout in litteris hincinde confectis et sigillatis cum aliquibus certis articulis punctis et clausulis in cedulis intentatis seu intercissis expressis lucide continetur. Quasquidem treugaspacis uolumus et debemus per duos dies a data presencium continuos inmediate se sequentes usque ad ortum solis ferie secunde proxime affuture uel tempus quo oriri posset nebulis cessantibus, inuiolabiliter obseruare dolo et fraude quibuscumque proculmotis. Nos uero durantibus huiusmodi treugas pacis sub saluo conductu predicti domini Heinrici de Plawen Ordinis Theutonicorum beate Marie Magistri generalis et referendorum in Christo patrum Johannis sancte Rigensis Ecclesie Archiepiscopi et Johannis Episcopi Erbipolensis, nec non Conradi de Egloffstein per Almaniam et Ytaliam, Conradi de Witinghoff per lyuoniam Ordinis predicti preceptorum et strenuum militem Johannis Romplyan de kobern parte nostra destinabimus, preclarum principem dominum Alexandrum alias Witowd ducem Littuanie maiorem fratrem nostrum predictum cum aliis sex Consiliariis et Oratoribus nostris quos feria quinta et feria sexta proxime preteritis ad tractandam pacis unionem ad Insulam exposito Ciuitatis Thorunensis in Wisla iacentem miseramus cum certa equorum et hominum comitiua ad aliquem locum ipsis assignandum ad tractandum cum Reuerendissimo in Christo patre domino Johanne Episcopo Erbipolense, Conrado de Witingshoffen, preceptore lyuoniense prenominatis ac Nobili Heinrico de Plawen seniori quos ad hunc factum in suis litteris idem Heinricus de Plawen Magister generalis specialiter deputauit dirigendum, de uiis, modis et formis quibus ad uiam pacis unionem et concordie posset peruenire. Nolentes ut per hoc dies treugarum pacis predicte lederentur uel Cessarent si quod absit inter homines parcium utrarumque uel quoscunque alios aliqua lis, gwerra, contentio et discordia uerbi facti uel operis oriatur. Sed . . . quod huiusmodi treugepacis inuiolabiles permaneant et constanter robur obtineant firmitatis. Si quid autem

contra promissa per nos uel per alium seu alios uerbo facto uel opere duxerimus attemptandum per quod aut per que huiusmodi treugispacis uideretur derogare. Idipsum uergat in dedecus, nostrorum fame fidei et honoris. Harum quibus sigilla nostra appensa sunt testimonio litterarum. Datum in loco nostrae stationis Campestris prope Raczanz sabbato in vigilia Conversionis sancti Pauli, Anno Domini Millesimo quadringentesimo undecimo.

II.

Annus 1411.

Nobiles Poloni querunt pacem ab ordine Theutonico.

Rok 1411.

Slachta polska żąda pokoju z zakonem niemieckim.

Wir her Thomasschik tanefeld, her grzymal neynoffsky, her kuncze Rydeburg, Nickel uon Redern Johan uon Redern, Schisko uon lackamnisch, hannus mosschen, heinrich haugwicz, Nickel rote, Cuncze weyderaw, Barthisch mentczisch, Dominik kostroflki, Steffani Restoffki, Nicolay glynski, Nickel bosser, Jurg Baruth, Jacob Krafgaski, Endres zeploski, Otto danefeld, Heinrich Baruth, Dyman schuska, Jorg falkenberg, kirstan, Stanike, Wenzlaff, Johan hincz Jerikey. Heinrich Glaubiss, Boydiky sterneglicz, Dyrski stamspi, Boydiky samboski, Rittere und knechte Bekennen offenbar in dessem brife, uor alle den die In sehen, horen ader lesen, Als wir In des Erwirdigen, grosmechtigen herren brueder Heinrichs uon Plawen hoemeyster dutsches Ordens geleithe czu Ressel nedirgelegen und beschedigt synd und dor noch der Allerdurchluchste forste herren Wladislaum konig zu polan et cet . unssers genedigen herren sich umb alle zwytrachtunge mit deme egenannten herren homeyster, wie sich die in diesem krige irlauffen haben, genuzlich berichtet hat, und nemlich ein sulch Artikel in dem berichtesbriefe luthet das alle fredesbroche und geleytesbroche die in dessem kriege uon beyden syten gescheen synd ane

argelist hingeleget synd. Dorume so uerzie wir uns des geletes das uns der egenante homeister der Edle herr Heinrich Eldester herre uon Plawen, der Compthur uon elbinge und der kompthur czu Osterrode czu der czit uoith czur Leype under eren Ingesegeln gegeben haben und sullen und wellen dor uff bie truwen und eren mit worten und werken mit sampt unssern gehülffen und dynern In keyner weyse nymer sachen ane alles gefeer das dem uorgenanten dem herren homeyster, dem herren Heinrich uon Plawen, dem eldern herren doselbst den kompthuren Elbing und Osterrode und den eren und alle den die dorynne uerdocht synd czu schaden mochte kommen„ der gleich geloben wir auch uor Sigemund Rothe, der In diesses briefes schreybunge nicht kegenwertig was, alle punkt und artikel in diessem briefe ausgedruckt das er die stete und ueste sall halden und do wedir nicht zu kommen. des czu urkunde haben wir obegenante her Thomasschick tanefeld, her Grzymal neynoffky, herr Cuncze Rydeburg Nickel uon Redern, Schisko uon Cakamnisch, Heinrich Haugwicz, Nikkel rote, Barthisch menczicz, Dominik kostroffki, Jacob kraf gaski, und Jorg Valkenberg unsser Ingesegel an dessen kegenwertigen briff lassen hengen, der gegeben ist czum Elbinge am nesten Freytage uor Valentini Im uirczenhundertsten eylften Jare.

III.

Annus 1411.

Foedus regis Poloniae cum Ordine initum, quo terrae Michaloviensis et Culmensis Ordini manent.

Rok 1411.

Pokoj zawarty między królem polskim a zakonem, na mocy którego ziemie michałowska i chełminska przy zakonie zostają.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuganie Lithuanieque princeps suppremus, Pomeranie Rusieque dominus et heres unacum praeclaro principe domino Alexandro alias Wytowldo Magno Duce Lithuanie et cet. fratre nostro carissimo, Significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis quod pio compassionis affectu perpendentis et salubris animaduersionis miseracione in animo reuoluentes quot et quanta et mala procedant ex gwerrarum et dissensionum disturbiis, quotque ex contencionibus imminent pericula animarum et quot ex proeliis sangwinis Christiani oriuntur profluuia In eo creatori nostro specialis deuocionis exhibere uolentes benedignum famulatum a gwerrarum predictarum exerciciis et a cunctarum displicenciarum enormitatibus inter nos et Regnum nostrum ac terras Lithuanie et aliis nobis subiectis ex una et Magistrum generalem Ordinis beate Marie Theutonicorum Irosolimitani et Ordinem suum ac terras eiusdem ordinis ipsius prussie et lyuonie et alias omnes eis subiectas parte ex altera Non sine graui iactura occurrentes et exortas nostre mentis propositum retrahere decreuimus et ea que per dispendia controuersiarum in futuris boni communis sunt diruta et destructa per pacis integritatem ad statum cupientes reducere quietum et tranquillum Cum eodem Magistro et Ordine ipsius et terris ipsorum perpetue pacis et inuiolabilis federis fecimus unionem, quam sub fide et honore nostris sine dolo et fraude tenere promittimus et seruare. Cui quidem unioni omnes et singulos adiutores nostros omniscumque status et Condicionis fuerint et in quibuscumque eciam terris demorentur et signanter hos principes dominos Johannem et Semouitum ac liberos ac heredes ipsorum Mazouie et Boguslaum Stolpensem duces et

cetera ffratres nostros carissimos inclusimus et includimus Nolentes eos ab eiusdem unionis federe separari . Et ut ipsa uuio cum tanta maturitate et tam sollicita deliberacione concepta ad constantem et firmum ordinem iugiter seruandum reducatur Ipsam per articulos infrascriptos omnino decreuimus regulandam. hunc igitur pro primo et principaliori articulo ponimus . Quod inter nos Regnum nostrum Polonie et terras nostras Lithuanie et alios omnes coadiutores singulos et subditos nostros ab una et predictum Magistrum generalem ordinem terras et subditos ipsius parte ex altera omnes dissensiones, controuersie et damna dimissa et totaliter sopita debent esse . Item quod omnes captiui in hac gwerra captiuati a captiuitatibus ipsorum, De ambabus partibus fiant quieti liberi et soluti sine fraude et quod omnes depactaciones et exacciones eorumdem captiuorum que nondum sunt exacte, deleantur et in nichilum redigantur . et si aliqui pro ipsorum depactacione cauciones fideiussorias fecerunt aut eciam litterales omnes omnino annullentur . et fideiussores sint liberi dolo et fraude quibuslibet proculmotis . Item omnia Castra Ciuitates terre ab utraque parte in hijs gwerris acquisita debent unicuique sine dolo restitui et homines tam spirituales quam seculares a promissionibus et omagiis hincinde prestitis sint liberi, super quo littere eisdem debent dari · Sic quod eadem Castra et Ciuitates circa resignacionem in edificiis et alijs non desolentur et dampnificentur . Sed quod castritene et Capitanei omnia defendicula castrorum et res proprias recipiant ipsas ad propria sine impedimento deducendo . Item terra Samaytarum excipitur, quam nos domini Wladislaus Rex Polonie et Alexander alias Wytowd Magnus Dux Lithuanie ad uitam utriusque nostrum in possessione tenere debebimus pacifice et quiete nisi ipsam uellemus ordini dimittere ante mortem hoc stet in arbitrio nostro libere uoluntatis et hoc debet litteris patentibus roborari quod post mortem nostram de eadem terra Ordo se poterit intromittere sine impedimento cum omnibus iuribus et proprietatibus iuxta tenores litterarum Ordini super appropriacione eiusdem terre alias concessarum . Item Dux Semouitus Mazouie debet libere obtinere terrulam et districtum zawkze quam alias Ordini obligauerat Ita pro absolucione peccunie in qua eadem terra fuerat obligata sit solutus et quitatus . Item terra Dabrinensis debet permanere circa Coronam Regni Polonie et omnes terre quas Corona Polonie ante istam gwerram habuit in possessione et iste terre Pomeranie terra, Michelaw terra et Culmensis terra, Nessaw, Morzynaw, et Orlaw cum suis attinenciis debent manere Ordini et omnes alie terre quas Ordo hinc ante istam gwerram in possessione habuit . Item statiua Castrorum Dresno et Tantok debent remitti ad decisionem duodecim personarum pro-

barum per ipsum Magistrum et nos eligendarum, dum Magister predictus per nos fuerit requisitus que si per ipsas ad finem deduci non poterint extunc ad superarbitrum dominum papam dimittantur. Similiter de omnibus greniciis Regni Polonie et terrarum Lithuanie et cetera. Similiter et facta graniciarum ducum Mazonie et Stolpensis ad decisionem duodecim personarum probarum per nos et ipsum Magistrum eligendarum eciam remittantur. Item omnia bona Ecclesiarum Gneznensis, Wratislauiensis et aliarum que iacent sub proteccione Ordinis. Item de insulis quibusdam prope Salecz de piscaturis ac nauigijs et de littoribus fluuiorum tam Wisle quam Drewancie si alique disceptaciones occurrerint pari modo ad decisionem eciam remittantur. Item omnia bona Ecclesiarum Gneznensis, Wladislauiensis et aliarum que sub proteccione jacent Ordinis et in terris ipsius debent circa Jura conseruari et quod non alienentur. nisi hoc fieret de bona uoluntate prelatorum. Similiter fiat de bonis episcoporum ordinis que habent sub corona quod circa iura relinquantur et non alienentur sine uoluntate prelatorum Item uiolaciones pacis et securitatum seu saluorum conductuum que in ista gwerra ab utraque parte sunt commisse, debent esse sopite sine dolo Item mercatores ambarum partium cum eorum bonis absque impedimento transsire debent per terras et aquas secundum consuetudinem antiquam Item ad hunc finem quod perpetua amicicia permaneat, Inter regnum Polonie, Lithuaniam et omnes terras que eis sunt subiecte, ac Ordinem et omnes terras eius Ordini subiectas et quod unio federis perpetui per nullas penitus dissensiones violetur quelibet presencium insurgentibus aliquibus dissensionibus et impedimentis debet dare sex personas et quod eaedem duodecim persone habeant omnimodam potestatem per uiam iuris ac amicicie easdem dissensiones disturbia et impedimenta complanare. Et si in summa concordes esse non poterint, ad Superarbitrum dominum papam causas debent remittere et quod hic perpetuis temporibus obseruetur. Si autem alique cause emerserint, hereditatem proprietatem, fundum et debita concernentes hee debent iudicari et expediri in illius districtus iudicio in quo iacent. Quidquid autem concernit bona feodalia, hoc debet terminari sub domino feodi Jure ibidem iudicari solito et consueto. Item omnes incredulos in terris nostris constitutos ad hoc debemus tenere quod fidem assumant Christianam et proampliacionem fidei Ecclesias construere sacerdotes in eis locare et omnes errores paganicos euellere. Similiter Magister et Ordo tam in Prussia quam in Lyuonia incredulos ad fidem tenendam conuertere tenebuntur. Item ambe partes terris infidelium eis propinquis istam unionem et composicionem notificare debent et quod Christianam fidem assumat ipsos ad hoc adhortari et si hoc facere recusarent,

quod tunc altere partes se mutuo adiuuent ut ipsos infideles ad fidem possint conuertere christianam et si ambe partes in hoc concordes fuerint quod in similiter cum exercitibus transire deberent tunc in omnibus negociis et defectibus et notanter pro diuisione terrarum quas sibi poterint subiugare, illud seruare debent et tenere prout in litteris ipsarum prioribus est expressum nisi partes predicte aliud uoluntarie decreuerint faciendum . Item omnes profugi in hac gwerra tam spirituales quam seculares de ambabus partibus redire sine impedimento poterint ad eorum bona ea possidenda prout ipsa prius possidebant et debent habere fauorem et graciam dominorum suorum prout prius habuerunt . Excepto dumtaxat domino Episcopo Warmiensi, qui saluum et securum conductum habere debet ad suum episcopatum redeundi . Cui Magister et Ordo per uiolenciam nihil debent facere nisi que de iure facere possent . Item dominus Sigismundus Rex Ungarie in hanc composicionem et pacem debet includi si uelit sine dolo . Cui per Magistrum intimare debet de modo unionis predicte sine mora et quod idem Magister nos certificet de ipsius domini Regis Hungarie uoluntate . Ita tamen quod nos interim non faciemus dampna Regi Hungarie nec gwerras cum ipso habebimus si ipse Rex Ungarie nos non impediet . Sed si nos impedire uoluerit aut gwerras nobis mouere, tunc sibi talionem reddere potuerimus et se ab ipsius insultibus defendere toto posse . Item ambe partes debent eciam manere circa omnia earum priuilegia et litteras laudabilesque consuetudines atque iura prout hucusque permanebant. nulla tamen in eo fiat derogacio articulorum, qui sunt hic purificati . Item eciam numquam debet in perpetuum corona Regni Polonie cum Lithuanie terris et hominibus suis esse contra ordinem nec eciam adherere inimicis Ordinis . Simili modo numquam in perpetuum Magister generalis et Ordo debet esse contra Coronam Regni Polonie et terras Lithuanie cum terris et hominibus eis subiectis nec eciam inimicis corone et terrarum Lithuanie et terras pariter adherere sine fraude et dolo In quorum enim testimonium et euidenciam pleniorem sigilla nostre maiestatis una cum sigillis prelatorum videlicet Nicolai dei gracia sancte Gneznensis Ecclesie Archiepiscopi, Petri Cracouiensis, et Alberti Poznaniensis Episcoporum et principum scilicet Johannis et Semouiti fratrum ducum Mazouie, Symeonis alias ligwen sigismundi Germani ffratris ducis Wytawdi Syenconis filii Jamunth litwanie ducum ac Baronum Cristini uidelicet Castellani Cracouiensis, Sandcziwogij Poznaniensis, Mathie Calisiensis, Nicolai Sandomiriensis. Jacobi Syradiensis, Creslay Brestensis, Mathie Wladislauiensis Palatinorum, Michaelis Sandomiriensis, Johannis Calisiensis, Nicolai Santhocensis, Castellanorum, Sbignei Marschalci Regni Polonie, Petri Saffra-

necz subcammerarii Cracouiensis, et Nicolai de Czarnekord, Judicis Poznaniensis, Alberti alias Monywyth Capitanei Wilnensis, Stanislai alias Czupurna Marschalci terre litthuanie, Gedigoldi pridem Woywode kyouiensis, Cristini alias Ostik Radiwilon , Rumpoldi, Sunyglonis et Johannis Nemer , eciam Baronum Lithuanie, necnon Cracouiensis, Sandomiriensis , Poznaniensis, calisiensis, Brestensis et Wladislauiensis Ciuitatum presentibus sunt appensa . Actum in Thorum die dominico in uigilia Purificacionis sancte Marie uirginis gloriose . Anno domini Millesimo Quadringentesimo undecimo presentibus hijs ualidis uiris Sancziwogio de Ostrorok poznaniensis , Nicolao de Michelaw Sandomiriensis Palatinis, Johanne de Tolischcow kalisiensis, Nicolao de Bloczischow Santhocensis, Castellanis, Sbigneo Marschalco regni Polonie, Petro Saffranecz subcammerario Cracouiensis et Nicolao de Czarnkow, Judice Poznaniense quorum nomina superius sunt expressa multisque aliis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Reuerendi in Christo patris domini Nicolai dei gracia sancte Calisiensis Ecclesie Archiepiscopi, Regni Polonie Vicecancellarij.

Et Ego Johannes quondam Johannes Rosenerus de Soraw clericus Misnensis dioceseos Jmperiali auctoritate publicus notarius. Quia predictarum litterarum pernotacioni, recepcione, decreti interposicioni omnibusque aliis et singulis premissis dum sic ut premittitur fierent et agerentur una cum Balthasare collega meo notario publico et testibus superdictis presens interfui. Eaque sic fieri uidi et audiui. Ideoque hoc presens publicum instrumentum de mandato Reuerendi in Christo patris domini Episcopi prefati et ad requisicionem prenominatorum fideliter transsumpsi auscultacionem et collacionem cum collega meo supradicto diligentem feci, manu propria conscripsi et in hanc publicam formam redegi signo et nomine meis solitis et consuetis una cum appensione maioris sigilli domini Episcopi prefati consignaui rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum. Constat michi notario de ista clausula et homines in districtibus eorumdem Castrorum constituti non spolientur in uicesima octaua linea ab inferiori ascendendo post illud uerbum desolentur, obmissis in tali signo que non ex uicio sed ex negligencia est obmissa.

Et Ego Balthasar quondam Petri Albi de Rosenberg clericus posnaniensis publicus. Imperiali auctoritate notarius, quia praedictarum litterarum pernotationi, receptioni, decreti interpositioni omnibusque aliis et singulis praemissis dum sic ut praemittitur fierent et agerentur una cum Johanne Collega meo notario publico et testibus suprascriptis praesens interfui. Eaque sic fieri vidi et audivi. — Ideoque hoc praesens publicum instrumentum de mandato reverendi in

christo patris domini episcopi praefati ad requisitionem dicti procuratoris fideliter transsumpsi auscultationem et collationem cum Collega meo suprascripto diligentem feci manu propria collegae mei fideliter scriptum et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum appensione minoris sigilli domini episcopi supradicti consignavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium praemissarum. — Constat mihi notario de ista clausula et homines in districtibus eorumdem castrorum constituti non spoliantur in vicesima octava linea ab inferiori ascendendo post illud verbum desolentur obmissum in tali signo, suppositoque non ex vicio sed ex negligentia est obmissa.

IV.

Annus 1411.

Foedus regis Poloniae et Vitowdi cum ordine initum (Ex lingua Latina in Germanicam translatum).

Rok 1411.

Przymierze króla polskiego i Witołda z zakonem zawarte (Tłomaczenie z łacińskiego).

Wir Wladislaw von gotis gnaden Koning czu Polan Obirster Furste czu lyttauwen vnd Erbeling czu Rewssen etc. Mit sampt dem Irlouchten Fursten Herren Alexandro anders Witowd dem Grossen Herczogen czu Littauwen etc. vnsirm allerliebsten Bruder . Thun kunt mit Inhaldunge desir brieffe allen Wie betrachtende vs metelyedunge guttiger begerlichkeit, vnd mit dirbarmunge zeliger gedanken czu Herczen nemen . Wie vil vnd grossen schaden bekomen vs stormender czweytrachte vnd Striete vnd wie vil vs kriegen entstehen der zelen voher vnd schaden . vnd wie vil vs kriegen entstehen vorgissunge des Cristentliches blutes czu sundirlichem vnd wol wirdigem dinste gote vnsirm Schepper sien czu Rathe wurden, den vorsaczt vnsir gedanken abezuczihen von allerley vbunge der vorgesprochenen kriege vnd missehegligkeite die nicht

sunder grosse mube entsprossen sind, zwusschen vns, vnserm Reyche czu Polan, die lande czu lytthauwen, vnd andern vnsern Landen von eyme, vnd dem Geystlichen manne Herrn Heinrich von Plauwen Homeister dewtsches Ordens czu Prewssen etc seyme Orden vnd des Ordens landen, von dem andern teyle, vnde die ding die mit vngefuge der czweytracht In geschefteu des gemeynen gutes czustoret sien vnd czubrochen mit der vorgenczunge des fredes wedirczubrengen, czu eynem fredessamen vnd getruwetem wesen haben gemachet, mit demselben Herren Homeister vnd syne Orden voreynunge eines ewigen fredes vnd vnczubrechlichs gedinges die wir by vnsern eren vnd treuwen ane argelist vnd geferde gelouben czu halden, In welcher voreynunge wir Ingeshlossen sien wellen vnd besliessen alle vnd ytczliche vnser Helffer, welcherley stad ader wesen die sint vnd in welchen landen sie wonen adir sitzen vnd besundirn dese Fursten vnd Herren Johannem vnd Symiken . ere freyen vnd erben In der Massaw, vnde Bogusslaw czur Stolpe Herczogen etc. Vnser allerliebsten Brudere, vnd wellen nicht das sie vsgescheyden sien vs derselben voreynunge gedinge, vnd vff das die voreynunge So mit reyffer und fleyssiger betrachtunge begriffen czu eynem festen vnd bestendigen vnd Ewigen Orden gebrocht werde. So haben wir sie in desen nochgeschreben Artikeln begriffen vnd gelouben sie sundir betriegen czu bestetigen vnd czu befestigen In desem brieffe mit Ingesegel vnser Majestat, Hyrvmb setzen wir vor den ersten vnd Houptartikel das vndir vns vnserm Reich czu Polen vnsern landen czu littauwen vnd andirn vnsern landen, allen vnsern Helfern vnd vndirsassen von eym, vnd dem vorgesprochenen Homeister, seyne Orden seinen landen vnd vndirsassen vom andern teyle, alle Misseheglichkeit wyddirwillen czweytracht vnd Schaden vorgeben und gancz hingelegit sien sullen . Item das alle Gefangene von beydenteilen, ledig frey vnd los sien sullen ane alle argelist Alzo das alle beschatzunge die noch nicht gefallen were vortilget sien sal, vnd ab keiner der gefangenen vor siene beschatzunge eynerley gewissenheit mit Burgen ader Briefen gethan hette, die sal ouch vor nicht sien vnd die Burgen sullen ledig vnd frey sien sunder alle argelist und geferde.

Item das alle festen Huwser Stete vnd lant, die bynnen desem kriege von beiden teylen sien gewonnen sundir argelist eyme yedermann sullen werden wedir gegeben, vnd das alle leuthe beyde geystlich und wertlich von allen gelobten Eyden vnd Manschafften, die sie beiden teilen gethan und gesworen haben ledig vnd los sien sullen dar obir in man sol briefe geben Alzo das die festen vnd Stete in der vfgebunge nach an gebuwede nach andern dingen czu-

storet adir czubrochen werden, Nach die leuthe die czu denselbigen Festen gehoren, nicht beroubt noch beschedigt werden, Sunder das die Houptleuthe alle gewere vnd Ir eygene ding mit in nemen, vnd ane alle Hindernisse heym furen sullen, Item vsgenommen das lant czu Samaytheu, das der Herre Konig vnd Herczog Wytowdt czu irer beider leben in fredesamer besitzunge halden sullen Is en were denn das sie Is dem Orden vor erem tode lassen vnd vffgeben welden, das stehen sal an irem freyen willen, vnd das sal mit offembarn briefen bestetiget werden, das sich der Orden noch irer beider tode, des landis sundir alles Hindernis vndirwinden mag mit allem Rechte vnd eygenschaften nach vswysunge der briefe die dem Orden vormals vorlegen sint obir die czueigenunge desselbigen, Item so sal Herczog Symaske frey behalden das lendichen Zawkrze, das her dem Orden vormals vorsatzt hatte vnd frei und qweit sien von dem gelde, darumbe her das vorsatczt hatte Item so sal das lant czu Dobrin by der Crone bleyben, Item alle andir lant die dy Crone vor dessem kriege gehat hat in besitzunge und die lande Pomern Michelaw Colmerland Nessaw Moran vnd Orlaw mit allen iren czugehorunge sullen bleyben des Ordens, vnd alle andir lant die der Orden vor dessem krige hat gehat inbesytzunge Item die gescbefte der Huwser, Drysen vnd Santok sullen blyben czu berichtunge vnd vssproch Czwelff Erbar personen, die der Herre Konig vnd der Homeister dorczu dirwelen werden, Wenn der Homeister dorumb von dem Herrn Konige wirt gemanet vnd geheyschen, vnd weres das die czwelfe die gescheften nicht geenden muchten So sullen sie dem an den Herren Pabst als eynem obirmanne gesant werden, vnd alzo von allen Greintzen des Reichs vnd der lande czu Littauwen etc. vnd ouch die gescheffte der Grenzen der Herczogen vs der Massaw vnd czur Stolpe sullen gelassen werden czu vssproche vnd entrichtunge czwelf personen etc. vnd ap sie die nich vssprechen mogen, So sullen sie czu vnserm Herrn dem Pabste Als eynem obirmann gesant vnd gelassen werden. Item von etzlichen Werdern by Golicz von Fischereyen Schiffen vnd von Flisvbern der Wiesel vnd Drewancz ab etliche czweytrachte entstunde, die sal ouch czu vssproche vnd berichtunge czwelf mann etc. gesant vnd gelassen werden Item alle guter der Kirchen czu Gnezen Leslaw vnd andir die do legen vndir der beschirmunge des Ordens und in sienen landen die sullen by erem rechte behalden vnd nicht empfremdet werden, das geschege denn van gutem willen der Prelaten Alzo selbist sal is sien von den guttern der Bischoffe des Ordens die sie haben vndir der Kronen das sie by erem rechte gelassen und nicht empfremdet werden, sundir willen der Prelaten, Item broche des Fredes

vnd sicherheit adir geleyte, die bynnen dessem kriege von beiden teylen geschen sint, sullen ane argelist sien hingelegt vnd vorrichtet, Item so sullen alle koufleuthe mit alle eren guttern ane alles hinderniss czyhen vnd geen noch alder gewohnheit obir landt vnd obir wasser Item vff das die ewige fruntschaft blyebe czwuschen dem Reyche czu Polan Lytthauwen vnd alle eren vndirtanigen landen vnd dem Orden, vnd alle sienen undirtanigen landen vnd das desse voreynunge eyns ewegen fredes, mit keyner czweytracht vorseret werde, So sal iclich teil ap czweytrach vnd krig czwischen en entstunde sechs personen geben, vnd die czwelf personen sullen haben vollemacht adir mit rechte adir mit fruntschaft allsulche czweytracht kriege vnd hindernisse slecht czu machen vnd ap sie in dem Orteil nicht muchten eintrechtig sien So sullen sie die Sachen czu vnserm heiligen Vater dem Pabste als czu einem obirmann senden vnd das sal czu ewigen geczeyten gehalden werden Wurden aber keyne sachen entsprissen die Erbe, eygenschaft, grunt, gut ader schuld anruren wurden, die sullen entricht vnd entscheiden werden in dom gerichte des gebiethes dorynne sie legen, Was aber Lehnguter anruret, das sal geendet werden, nach gewohnlichem gerichte vndir dem Herren des Lehngutes, Item so sal der Herre Koning vnd Herczog Witowdt alle vngeloubigen in eren landen dorzu halden, das sie den Cristengelouben an sich nemen vnd czubreytunge des geloubens kyrchen buwen vnd prister dorynne setzen, vnd alle heydenische Irsael vswurczeln vnd vortrieben vnd also selbst sal der Meister vnd der Orden czu Preussen vnd Liefland alle vngeloubige czu dem glouben bekeren Item so sullen beyde teyle desse voreynunge vnd entrichtunge kundigen vnd offembaren eren neesten der vnglewbigen landen, vnd sie dirmanen das sie den Christenglouben vfnemen vnd ap sie des nicht thun welden So sullen beyde teyle den andern helfen vf das sie die vngeloubigen czu dem gelowben bekeren mogen vnd ab beyde teyle des eyntrechtig wurden, das sie mitenander mit eren heren czyhen wurden adir sulden, so sullen sie denen in allen eren gescheften vnd gebrechen vnd nemlich vmb teylunge der lande die sie in vndirtenig machen wurden das halden das in eren ersten briffen ist vsgedrucket Is were denn das beyde teile andirs williclichen czu Rathe wurden Item das alle vorfluchtige in dessem kriege beide geistliche vnd wertliche von beiden teilen ane hindernis mogen wedirkomen czu besitzunge wer gutter also sie die vor besessen haben, vnd sullen haben gonst vnd gnade erer herren also vor vsgenommen alleyne den Herrn Bischoff, czum Brunsperge, der eyn heils vnd eyn sichers geleite haben sal yn synem Bischofthum, deme der Meister nichts mit Gewalt thun sal alleine

was her thun mag mit Rechte. Item in desir berichtunge vnd frede sal ingeslossen sien ab her wil der Herre Sigemund Koning czu Vngarn, deme der Meister ane sumen sal offenbaren vnd empieten die wiesse desser voreynunge vnd vorsichern vnd gewiss machen den Herrn Koning czu Polan bynnen der czeit dem Herren Koninge czu Vngarn keynen schaden thu nach krig, mit Im habe alzo ferre als her von dem Koninge von Vngern vngehindert bleybet. Wer aber das her yn hindern vnd Im krieg wegen wurde So mag Im eyn gleichs der Herre konig czu Polan Wedir thun vnd sich sien mit ganczer macht dirweren. Item beide teile sullen blieben by eren briefen vnd privelegien vnd lobelicher gewonheit vnde recht als sie bis do her gewest sint, Also dach das sie vnschedelich sint den Artikeln, die hir sint vorclaret. Item so sal nymmer czu ewigen cziethen die Crone zu Polen mit den Landen czu Lyttauwen, vnd alle sienen leuthen sien widder den Orden noch halden mit den fynden des Ordens, Vnd alzo nymmer czu ewigen czieten sal der Homeister vnd der Orden sien widdir die Crone zu Polan vnd die Landt czu Lyttauwen noch halden mit den fynden der Cronen vnd der lande czu littauwen ane argelist vnd geferde, Hirvmb czu volkomenen geczugnisse alle desser vorgeschreben dinge haben wir dessen brief befestigen lassen, mit anhangunge der grosern vnser beyder Majestadt Ingesegiln vnd der nachbeschrebenen Fursten Prelaten Graffen vnd Steten vnd czum Irsten Johannis vnd Symasken in der Masaw, Simeonis andirs Lygwen Sygismundi vnd Seneconis Jaunmcy kynder czu Lyttawen Nicolai Erzbischof zu Guezen Petri czu Cracau Alberti czu Posenaw Bischofs Cristini Burggrafe czu Crakaw Sandiwogin czu Possnau Jacobi czu Siras Cresslay czu Brysk Mathie czu Lesslaw Voywoden Michil czu Sandomir vnd Johannes czu Calis Burggrafen Sbignei Marschalkes des Reichs czu Polan Petri Schaffranetz vndirkammerers czu Crakaw Nicolai Burggrafen czu Santotz Nicolai von Czernekaw Richters czu Possnaw, Albrechts andirs Moniwith Hauptmannes czur Wille Stanislai andirs Supornaw Marschalkes des Landes zu Litthauen Gedigaudi andirs Woyden czu kywen Christini andirs Ostig Radiwillo Rumbaldi Suniigailonis vnd Johannis Nemur Grafen czu Lyttawen vnd der Stete czu Crakaw Sandomir Possnaw Calis Brysk vnd Leslau Gegeben czu Thorn am Abende Purificationis Marie der achtbaren Jungfrauwen in den Jaren des Herrn Tusund virhundert im XI^{ten}.

V.

Annus 1411.

Rex Poloniae queritur de Magistro generali.
Król polski użala się na W. Mistrza.

Rok 1411.

Responsum ad hoc Magistri generalis.
Odpowiedź na to Mistrza wielkiego.

Sic scripsit Rex Polonie domino Magistro.

Venerabilis ac Religiose amice nobis syncere dilecte a tempore uobiscum contracte noticie illius spei gerebamus de uobis fiduciam quod sinceritas inter nos concepta iugem perseueranciam habere debuisset et ob hoc specialis cor nostrum ualde recreans nobis aderat consolacio dum de permocione uestra ad Statum Magisterij nobis dulces et maxime mentem nostram demulcentes rumores ad nostram audienciam ferebantur quia audita eadem promocione uestra statim ad Gwerras sedandas et omnino euellendas quas erga nos antecessores et Ordo uestri comouerant incepimus aspirare aliud non sperantes nisi quod ex gratitudine noticie et demum ex beneficijs facte nobiscum et cum Ordine uestro concordie magna commoda amplificacionis orthodoxe fidei sequi et peruenire debuissent. Quamquidem concordiam maioribus stabili mente sollidare, sathagentes uobis per nuncios nostros satis notabiles crebris frontibus intimamus quod contracta uobiscum et cum Ordine uestro perpetuam unionem firmiter obseruare spondebamus et spondemus. Vos eciam similiter per eosdem nunccios nostros uersauice offerebatis se multum beniuolum adseruanda federa pacis perpetue pernotata. Sed nescimus unde et quo uestra sinceritas in aliam conuersa qualitatem nostre spei fiduciam (quam de uobis gerebamus) uulnerauit et frustrauit, ex quo sub tam caritatiua conuersacione et tam sincere opinionis dulcedine ad dominum Regis Hungarie et ad ceteros principes Christianos fuco multarum infamiarum statum nostrum diffamare et denigrare procurauit, ubi inter cetera infamiarum genera hanc culpam nobis non estis ueritus impingere contra deum et Justiciam, quod nos pacta uobiscum et cum Ordine uestro stabilita fregissemus cum tamen de

gracia Dei hoc numquam fecimus. Sed in omnibus promissa nostra efficaciter compleuimus et adhuc ea que resultant complenda complere uolumus pura mente Sed nos amice sincere consideretis, si uobis licuit ea facere ut premittitur sub tanta synceritatis conuersacione quam nobiscum tenebatis et nos Innocentem tam grauibus infamijs obfuscare. Consideretis eciam si bene promissa propria Impleuistis et si iuste peccunias nobis debitas retinuistis, quas nobis soluere non curastis. Et nunc datum est nobis intelligi, quod per stipendiarios et alios armatos exercitus uestros ad gwerras nobiscum inchoandas preparatis. Ideo nos de uoluntate uestra petimus prout licet Catholicis hominibus informare debe quid a uobis sperare debeamus. Datum Cracouie feria quarta ipso die sancte Catharine. Anno domini M°, CCCC°. XI^mo^,

Dominus Rex
per se.
Sequitur cedula in littera inclusa.

Haec fuit cedula In littera predicta interclusa.

Ceterum informamur, quod quidam subditi uestri cum debita subieccione nollent uobis obedire, quinymo se uobis opponere non formidant ad quorum reprimendam proteruiam milites stipendiarios ut dicitur conuocastis de terris alienis et remotis, per quorum aduentum in Thezauris uestris dampna multa nos et Ordinem uestrum oportet sustinere. Ex quo autem uobiscum fedus pure synceritatis recepimus grauiter de dampnis que uobis occurrunt teste nobis altissimo condolemus . uehementer autem admirari cogimur quod sinceritas uestra tantum de nostra experta amicicie puritate per hee que causa uestri fecimus dampnis et iniurijs propriis non parcendo a quibus absque omni necessitate recessimus que nullius alterius intuitu fecissemus quod tam modicam de nobis habetis confidenciam Ex quo aliunde con . rebelles uestros per multa dampna grauiaque stipendia et expensis uobis queritis subsidia numquam nobis pro subsidijs requisitis cum utique con . rebelles uestros, si nos adhuc uelletis requirere aliquot Capitaneos nostros cum armatis de terris nostris Polonie uel Littwanie, qui uobis absque grauibus expensis succurrerent rebellium uestrorum pertinaciam comprimere parati essemus dirigere sperantes nos hocidem a uobis recepturum . oportunitate nobis occurrente. Ideo suauitas uestra per honorabilem dominum Custodem Sandomiriensem aulae nostre prothonotarium tamquam nobis fidem sibi adhibentes plenissimam uos informet, si qua vobis subsidia a nobis oportuna

similiter de omnibus alijs si qua nobis insinuare habueritis per ipsum intimetis. Comisimus enim sibi ut receptis pecuniis sinceritatem uestram uisitaret, ea que Sbigneus Marschalcus noster uobis ex parte nostri referre debuit relaturus et tunc sentiet sinceritas uestra quibus uos fauoribus prosequemur.

Item Regi Poloniae.

Serenissime princeps et cet. Nuper receptis et sane intellectis maiestatis uestrae scriptis quibus nobis dignata est, egregie uestra Maiestas declarare, quod a tempore mutue noticie magnam de nobis gessistis confidenciam et quod recreans cordi uestro aderat consolacio dum rumores de promocione nostra ad statum quem tenemus quamquam immeriti ad uestram audienciam ferebantur et cet. ad condignas graciarum acciones tam gratis fauoribus non sufficimus S. v. assurgere sed omnipotentis Dei imploramus clemenciam ut nostros supplendo defectus talia centeno fructum uobis contribuat et donorum suorum carismate uos erga nos et nostrum ordinem in dileccione huiusmodi confirmet et corroboret et felicibus incrementis dietenus adaugeat, quatenus pax, caritas et amica sinceritas inter nos firmate nostrum utrorumque subditorum quietis et tranquillitatis dulcedine et augmentum orthodoxe fidei catholice prout in eisdem scriptis litteris affectare uidemur. Verum serenissime princeps quod in eisdem scriptis uestris nos inter cetera culpare uidemini tamquam firmate inter nos pacis turbatores simus, ex eo quod pecunias uobis debitas retinuimus et cet. Serenissime princeps deum in testem adducimus quod nichil circa hoc sine urgenti causa ex aliqua commisimus malicia sed dampnis ad hoc importabilibus anxiati In dei itaque speramus gracia quod si aliquando mutue conuencionis se nobis casus offerret itaque proprie oris officio S. v. dampna et defectus quos post et contra facta inter nos pacem contra deum et iusticiam percepimus lucide declarare possemus, profecto regia uestra bonitas nobis compassionis spiritum applauderet et efficacioribus modis et vijs ad hoc intenderet quod equitas nobis pro Iniuria reddentur et promissa nobis fideliter implerentur quam uestri hucusque facere annuerunt. Intentioni tali circa cuiuslibet doli admixtionem solucionem prefati debiti distulimus et ad sanctam sedem Apostolicam et sacrum Romanum Imperium prouocauimus quamuis bona fide ducebamur quod nil horum umquam nobis fuisse necessarium in vestram serinitatem parati semper eorum dicamini circa premissa firmiter obedire. Quapropter Maiestatem uestram studiosius et humiliter deprecamur quatenus tam urgentes causas nostras et dampna quas a Serenitate uestra

et uestris cum ordine nostro non solum ante conflictum et in conflictu uerum eciam preter conflictum et quod magis doloriter responsimus post firmatam pacem irrecuperabiliter percepimus graciosius perpendere et ponderare dignemini. sub ea paciencia quod in monicionem fideiussorum nostrorum ad prandum nobis obstagium lentis passibus ambulare et ipsam paulisper differre uelitis quousque per prefatos sedem apostolicam et Imperium rite decretum fuerit an sub tam grauibus dampnis S. v. de prefato debito satisfacere debeamus, si hoc ipsum Celsitudo uestra non dignabitur ponderare ad quam quidem dilacionem Serenissimus Dominus noster papa Celsitudinem uestram hortari dignatus est altis et efficacibus precibus motu proprio de pat. caritatis uisceribus in suis Apostolicis litteris quarum copiam nobis transmittere decreuit, sua sanctitas suis litteris interclusam singularissimam eciam nobis ultra causas tam notabiles in dilacione huiusmodi graciam exhibentes. Ceterum informari petitis quid de nobis sperare debeatis cum uobis ut asseritis sit datum intelligi, quod per stipendiarios et alios armatos exercitus nostros nos ad mouendum uobis gwerras preparemus. et cet. Serenitati uestre patet quod singula inter nos negocia amicis et pacificis consistant in terminis quod uobis super huiusmodi peticione pro responso damus, nisi forte quod non speramus grauioris incommodi euentibus ad gwerrarum disturbia pungeremur, tunc utique in omnibus honoris nostris salutem ita apud uestram Celsitudinem cauere uellemus prout Catholicis moribus condeceret. Ad nostram insuper relacionem veritica peruenit noticiam quomodo aliquibus elapsis temporibus S. v. pro certis miserit stipendiarijs quare a nostris et Ordinis nostri amicis dominis et fautoribus premoniti et aduisati sumus quod talis missionis causa finalis pretenderet quod tamen non speramus extremum ordinis nostri excidium cui deus prouidere dignetur de sua solita pietate. Quamobrem certi de nostris et Ordinis nostri fautoribus et amicis ad nos sub propriis sumptibus et stipendiis quorum aliqui iam uenerunt, aliqui sunt in ueniendo de proximo ut speramus et confidimus in domino quod minime nobis extat imputandum quod insperatis iaculis que minus Cedere potuerunt si mature prouidentur, curemus in tempore prouidere. Item Celsitudini uestre uberiores quas possumus graciarum acciones referimus pro ea quod dudum spontanea uoluntate uos graciosum nobis obtulistis ad subueniendum cum uestris gentibus si necessitas exigeret contra nostrorum rebellionem subditorum, quod utique pro specialissima gracia habuimus et habemus nec desides fuissemus ad gratandum acceptandam oblacionem tam amicam nisi certificati fuissemus quod S. v. pro pluribus gentibus et stipendiarijs ad diuersas partes dudum nunccios et litteras emisisset quod

dum cognouimus minime audebamus credentes pro necessitate nobis nostros fore subditos oportunos. Datum in Castro nostro Elbingen ipso die beati Thome Apostoli gloriosi M°. et cet undecimo.

VI.

Annus 1411.

Vladislaus rex Poloniae certiorem facit Ordinem de adventu in Prussiam commissariorum suorum ratione accipiendae pecuniae sibi ab ordine debitae.

Rok 1411.

Władysław król polski uwiadomia zakon o wysłaniu kommissarzy swoich do Prus w celu podniesienia sum, które mu zakon winien.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Littuanieque princeps supremus et heres Russie et cet. Religioso ac Magnifico domino Heinrico de Plawen, Ordinis beate Marie Theutonicorum Irlimitani Magistro generali, suisque preceptoribus, thesaurarijs, dispensatoribus, et ceteris personis ad soluendam nobis peccuniam super festo sancti Johannis Babtiste proxime affuturo deputatis, ad quos presentes peruenerint, Amicis nobis syncere dilectis Salutem et synceri fauoris uotiua incrementa. Ad uniuersitatis uestre medium ualidos uiros Jacobum de Conyeczpolye Siradiensem, Mathiam de Labischin Wladislauiensem, Palatinos Bresczensem et Iuueniswladislauiensem Capitaneos ac honorabiles Donynum Custodem et Canonicum Sandomiriensem Prothonotarium et Petrum Canonicum Poznaniensem Aule nostre notarios fideles dilectos, exhibitores presencium de intencionibus nostris signanter leuacionem earumdem peccuniarum super festo sancti Johannis Babtiste ut premittitur per uos nobis dandarum plene et distinctos informatos dirigimus Affectantes quatenus in referendis et agendis huiusmodi ipsis ex parte nostri fidem dare uelitis hac uice per omnia creditiuam.

Datum in Scheschupa sabbato in uigilia penthecostarum. Anno domini Millesimo Quadringentesimo undecimo et cet.

Dominus Rex
per se ipse.

Credenciam Regis Polonie ad subleuandam peccuniam post conflictum.

Eygen handt.

VII.

Annus 1411.

Litterae credentiales regis Poloniae datae Nicolao Sopynski nuntio ad Magistrum generalem.

Rok 1141.

List wierzytelny króla Polskiego, dany Mikołajowi Sopińskiemu, posłowi do mistrza wielkiego.

Wladislaus dei gratia Rex Polonie Littuanieque Princeps Suppremus et Heres Russie etc. Venerabili Henrico de Plawen Ordinis Beate marie domus theut . de Prussia Magistro generali etc. amico sinceris nobis dilecto Salutem et complacencie votiua incrementa Venerabilis amice sinceris nobis dilecte. Accedet ad vos Nobilis Nicolaus Sopynsky Preclari Principis domini Allexandri ducis Lyttuanie etc. fratris nostri carissimi intencionibus nostris vobis oretenus referendis plenius informatus et distincte . tui in dicendis ex parte nostri fidem adhibere velitis prohacuice creditiuam Datum in Vylna Ipso die Ste Trinitatis. Anno domini Millesimo Quadringentesimo vndecimo.

R. Czolkonis Notarii aule
Regis et Can^ci^ Sandomirieñ.

VIII.

Annus 1411.

Rex Poloniae scribit Magistro generali, Johannem Survillum non esse proditorem, et rogat ut illi licitum sit bona sua in Prussia vendere.

Rok 1411.

Król polski upewnia mistrza wielkiego, że Jan Surwil nie jest zdrajcą, i prosi, aby mu wolno było dobra swoje w Prusach przedadź.

Wladislaus dei gratia Rex Polonie Litwanieque Princeps Supremus et heres Russie etc. Venerabili viro domino Henrico de Plawen Ordinis beate Marie domus Theutunicorum de Prussia Magistro generali Salutem et votiua complacentia incrementa Venerabilis amice noster dilecte Significauit nobis Hannus Surwil . Quomodo sinceritas vestra ipsum prodicionis crimine notaret asserentes quod ipse annis dudum retroactis et temporibus preteritis dum inter nos disensiones et odia feliciter pacis sopita dulcedine deseruebant omnium gestorum vestrorum et contingentem seriem undecunque ipsa potuit cognoscere nobis consweuisset deportari Superque deum et conscientiam nostram contestamur quod nusquam ab ipso secretorum vestrorum decreta recepimus nec ea nobis signo uel aliquo interligibile indicio demonstrauit per que ad nostram noticiam deducere potuissent Ideo sinceritatem vestram et hortamur et petimus quatenus ipsum tamquam fidedignum et ab hujusmodi suspicionis scelere alienum . habentem recommissum probum et in fidei integritate conservatum velitis reputare et habere, et vt sibi bona sua que sub vestra possidet dicione libere liceat vendere licentiam concedere et donare exigunt enim patris ipsius merita quibus vobis et ordini vestro multipliciter complacuit ut per vos et ordinem vestrum magis prosequi fauoribus debeat quam odiri. Datum in Tripoli feria tercia infra octauas

Assumptionis beate Marie virginis Anno domini Millesimo quadringentesimo vndecimo.

Relacione Petri
Vicemarschalci. —

IX.
Annus 1411.

Epistola Johannis Papae ad regem Poloniae, ne ordinem ratione solvendae pecuniae nimium gravet.

Rok 1411.

List Jana Papieża do króla polskiego, ażeby zakonu z przyczyny długu zbyt nie ucikcał.

Johannes et cet. Unserm allerliebsten sone in Christo Wladislao dem Irlauchten konige czu Polan heil und bobstliche gebenedeiunge Von dinstes wegen des bobstlichen ampts, so haben wir begerunge ueterlicher liebe czw sulchen dingen die friede und eintracht angehoren und sunderlichen und Irlauchten fursten und grosmechtigen geistlichen personen die uns und der Roemischen kirchen mitt ganczer demut seint andechtig . Wir haben dirfaren wye ethwan aus wirkunge der boseheit . . . des findes des menschlichen geschlechts under deiner Irlauchtikeit und unsern lieben szonen . dem meister und bruder des deutschen hauses und hospitales sande Marie zw Jerosolimitan . aller swereste laster eyngeflochten mit totlicher krige sturme und us begerunge Inne uor liebe mit welcher wir euch beiderseit umeuangenha . . und umeuon begerende die unusprechliche schaden sturme und engstlichkeytt die czu . . . . . euch uon beiden teilen us sulcher zwietracht am liebe und anderer selen in susekeyt des friedens gewandelt werden und dorczu dirwakt und dirmanet mit boten und brieffen ettwe viel konige fursten und herrenn geistlich und uertlich beide uon deutschen und uiel anderer lande sein wir czu rote wurde mit unsern boten und

briffen dieselbige deine Irlauchtikeytt czumachen und uollbringen eyne semliche eintracht und frede mit grossem fleise czu dirmanen, Welche deine Dirlauchtigkeyt entzundt mit liebe der andacht als eynem Cristen forsten und liephaber des fredes angehoret, hat koniclich geruchet unserm Willen zu uolbortten und mit uorgesprochen meyster und bruedern tzu kommen mit eyntrechtigem gemude czu fredsamer eyntracht worumb wir sein uon ynerer unsserm Ingeweden dirfrowet in dem allerhoesten got wen wir io uns lostbaren in schonheit des fredes und deiner Irlauchtigkeytt fruchbare danksagunk betzalen Und dorumb wir das dirfaren haben das beslossen sey und geendet unnder andern bestetigeten und uorrihsten dyngen on dem selbigen frede und eyntracht durch ausgedruckter sache wille in den Capitteln und artikeln des uorgeschrebenen fredes und eyntracht die uorgeschriebenen meyster und brueder deiner Irlauchtigkeytt uorbunden seyn an gewissen tagen bei usgedruckten busszen und och unnder burgeschaft und dortzu . . . . . prelaten und Edelingen deines Reiches in die summa hundirttauseut schock groschen preussischer moncze als in den briefen der selbigen uorbindungk ist uollkomlicher usgedruckt und die helfte der selbigen summen deiner Irlauchtigkeytt als wir dirfaren haben noch uswysunge der uorrichtunge die selbigen bruder dir alrete beczalet haben und die andere helfte dir noch beczalen sullen werden an kurtzen tage als send Martinstag und purificacionem Marie nechstkommende und als wir uon gloubwyrdiger leuthe undirwysunge dirfaren haben dass die selbigen Meyster bruder und haus durch stwrme willen der uorgeschriebenen kriege an allen eren landen besitczungen, habe und guttern also beschediget seint und gemynnertt das sunder eres ordens und hauses grose und unuorwinntliche schaden und entpfremdunge und vorstörunge erer lande habe und guttern in welchen sie als offenbar ist der Werlde sie obirflossiger gewest sein weder den heidenischen ungelouben der und des namens unsirs Erlosers des Gloubens merer und unuberwindtliche kempe und eyn usstreitliche muer und dorumb und uiel anderer grosse schaden die sie in den uorgeschriebenen sachen unczellich emphangen haben unmechtig sein tzu der betzalunge der selbigen helfte als wir uon gewisser undirwysunge uornomen haben wir mit uetterlicher liebe beweget begeren derselbigen bruder schaden und ungeuellickeytt inkegen czu kommen mit sulchen hulfflichen wegen als wir mogen und uon der Gute deiner Irlauchtigkeytt welcher stad und . . . . . wir och do wir in kleinerem ampt gewesst sein douor mit ganczer begerlickeyt unseres herczens . . . . . haben und noch in gottlicher liebe entphoen . . . . , wir gehabt haben und noch haben sunderliche czuuorsicht in gote wen wir mit

mancherley dirforschunge wie och in den uorgeschriebenen dingen dirfaren haben und noch stetlich dirfaren, deine Irlauchtigkeytt du allem unsszerm willen in allen dingen und wegen ist gewest gefollig, geruchen wir tzu beten mit ganczer begerlichkeytt czu dirmanen das umb ere willen des gotlichen namens und unssz und des bobstlichen stules wurdickeytt und sunderliche beheglichkeytt und liebe wille konige fursten und herren geistlich und werltlich alsszo uon deutschen und andern landen die das czu male groslich begeren als wir och tragen in begerlichkeytt unsszers herzens als och durch dirhohunge wille deines koniglichen namens und ere, wen uon gute und sanftmutiekeytt der tron der konige tzunympt und wurt befestiget dir beheglich sey uon koniglicher mildickeydth obirczusutzen in der manungen und heyschunge der uorgeschriebenen helfte des geldes die . . . . und anderen in den uorgesprochenen zween tagen ist czu betzalen uon dem uorgeschriebenen meyster und bruder und das yn doran unschedlich seyn die briefe der uorbindunge und die busszen und burgeschaft die do bey gescheen seyn und noch durch mich noch andere weder den Meister ordem und ere burgen, adder erer keynes gutter und habe keinerley beschedunge an leib adder gute in keiner weyse tzu tzuziehen, ab die betzalunge nicht geschege in den uorgesprochenen tagen alsszo lange bis uir unsszern sunderlichen boten czu dir selbigen deiner Irlauchtigkeytt obir die uorgeschriebenen und etzlichen andern sachen die . . . . . . und der Romischen kirche und dem uor . . . . . Irlauchtigkeytt und iren landen stad anruren czu rote wirden czu senden die deiner Irlauchtigkeytt bei den uorgeschribenen und andern dingen die wir haben in unsszerm hertzen uon unsszem willen uon geschickter merunge deines koniglichen stades namens und ere mit uetterlicher liebe haben mit hittziger begerunge ernstlich wirt uorcleren. Gegeben tzu Rom et cet x Cal. Octobris pontificatus nostri anno secundo.

——— ———

X.

Annus 1411.

Wladislaus rex Poloniae monet Comitem Albertum de Schwarzburg, ut sibi ratione promissae pecuniae a Magistro generali quosdam consiliarios suos Cracoviam in obstagium mittat.

Rok 1411.

Władysław król polski żąda od Hrabiego Alberta de Schwarzburg, aby mu z powodu obiecanej summy od W. Mistrza, przysłał do Krakowa w zakład konsyliarzów swoich.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lythwanieque Princeps Supremus et heres Russie etc. Magnifico viro domino Alberto Comiti Swerczburgeñ. amico nobis sincere dilecto. Salutem sinceram caritatem et recordium promissorum amice noster carissime Quamvis vobis ignotum esse aliqualiter dubitemus Ne tamen aliquam ignoranciam pretendatis sinceritati vestre duximus intimandum Quomodo Religiosus Heinricus de Plawen Magister generalis domus Theutonicorum de Prussia cum Compreceptoribus et Commendatoribus ordinis sui, Pecuniam nobis satis fidedignis atque firmis Inscriptionum vestrarum et aliorum Principum. Comitum et Baronum in litteris super huiusmodi pecuniis confectis expressorum ad soluendum sponsionibus roboratam. in festo beati Martini proxime preterito certis nostris Nuncciis per Nos tam in tempore quam legittime moniti dare et soluere Noluerunt, et hucusque qua occasione Nescimus dare recusant penitus ac omnino, Nostis autem quantis celsitudini nostre ab ea promissis Inscriptionum vestrarum estis obligati et astricti prout vestrarum protestatur continentia litterarum, quarum series a memoria vestra non recessit Ideo sinceritatem vestram ex promisso monemus requirimus et hortamur quatenus iuxta promissa Inscriptionum vestrarum nobis facta ad ciuitatem nostram Cracouieñ duos Consiliarios vestros quemlibet cum quatuor Equis in Obstagium loco vestri dirigere et mittere debeatis Abinde non egressuri quousque nobis propredicto neglecto solucionis termino et dampnis inde sequtis integraliter satisfiat: Alioquin in vos et quemlibet alium quem presens negocium tangere videbitur. ad

ampliores monicionis modos et ad ea que in litteris Inscriptionum continentur procedemus. Datum in Wislicia ipso die sancti Andree apostoli Anno domini Millesimo quadringentesimo vndecimo. —

Dominus Rex
per se.

XI.
Annus 1411.

Rex Poloniae conqueritur omnibus principibus de Ordine, qui, conditionibus pacis ruptis, bellum parat.

Rok 1411.

Król polski uskarza się wszystkim monarchom na zakon, który złamawszy warunki pokoju, do wojny się gotuje.

Uniuersis et singulis principibus Spiritualibus et Secularibus Comitibus Baronibus Nobilibus Militibus Clientibus Communitatibus Ciuitatum ac earum Rectoribus et omnibus christiane Religionis cultoribus cujuscunque status condicionis aut eminencie extiterint ad quos presentes peruenerint Wladislaus dei gratia Rex polonie littwanieque Princeps Suppremus et heres Russie etc. Salutem et perfectam in christi amore caritatem Reuerendissimi in christo patres et preclari principes ac famosi et Nobiles prudentesque viri in eo totam deuotionem nostram exponimus In eo semper preces humiles Creatori nostro efundimus ut nos in pace optata et tranquillitatis dulcedine cum domesticis fidei ac christiane religionis cultoribus conseruare dignaretur Obquod sencientes quanta turbata pace in fide Ortodoxa occurrunt incomoda auctorem pacis in pace colere sachagentes postpositis omnium gwerrarum disturbiis Contencionum discriminibus et periculosis licium dispendiis omnium displicenciarum et controuersiarum materias inter nos et dominos Cruciferos de prussia alias currentes et exortas cum summa deliberatione et tanta maturitate per pacis perpetue federa ad plenam et perfectam

deo nobis propicio reduximus vnionem. Quam inviolabiliter tenere decreuimus omnino et seruare Et hoc eisdem dominis Cruciferis de prussia omnia promissa nostra efficaciter implebimus et constanter preter pauca que propter breuitatem temporis impleta non fuerunt implebuntur tamen breuissime domino adiuuante, Que eciam propter non adinplecionem non sunt facta neque in aliquo violata, Ex quo pro explecione ipsorum tempus aliquod non fuerat limitatum Sed in hoc quilibet racione fruens nostram potest considerare injuriam Qua datum est nobis pro re certa intelligi Quomodo ipsi domini Cruciferi stante inter nos tam constanti et tam sincera vnione quam nullis subterfugiis nullisque euasionibus sperabamus violari Ad querelas tam graues et tam inopinatas contra nos proruperunt Nobis propriorum viciorum culpas inpingentes Nam ut adnoticiam nostram deduciter dicunt et asserunt quod nos promissa nostra ipsis non obseruassemus Et quod in distruccionem ipsorum cum paganis contra ipsos armaremur. Inquo non tantam nobis quantam Creatori nostro faciunt injuriam ex quo talibus turbitudinibus que in cor nostrum non possunt descendere famam nostri nominis more solito contra Justiciam denigrant et offuscant postquam enim perpetue pacis cum ipsis firmanimus vnionem mox et in continenti ipsis terras Ciuitates castra dominia ac possessiones tempore Gwerrarum sub eis acquisitis reddidimus et restituimus Similiter omnes principes Comites Barones Milites Nobiles et Clientes quos in captiuitate nostra habuimus ab eadem captiuitate liberos dimisimus et solutos Et alia compleuimus que tunc compleri potuerunt Ipsi vero vias nostras nolentes cognoscere Voluntatemque ipsorum in aliam vertentes qualitatem Querelas ipsorum excogitatas aduersus nos emiserunt Et occasione minus iusta erga nos adiuuenta promissa ipsorum nobis facta violare non verentur Sic quod pecunias nobis debitas interminis deputatis non soluerunt vbi duplici plaga nos puniunt nobis magna facientis injuriam primo dicentes quod ipsis non seruaremus pacta nostra Et aliud quod nobis adhuc pecuniam nostram soluere protraxerunt Et ut intelligimus Gwerras iterum nobiscum intendant renouare Quas nos teste nobis altissimo libenter quo adusque uiuimus vellemus devitare. Ideo petimus vestram sinceritatem Quatenus eisdem dominis Cruciferis in hiis que nobis taliter obiciunt fidem non velitis apponere Quynymo ipsos petimus ad hoc teneatis ut nobis promissa ipsorum teneant et obseruent. Datum Cracouie Sexta die Mensis Decembris. Anno domini M°. CCCC°. XI°.

Ad relationem domini Nicolai Halicen. —
Archiepiscopus Regni Polonie Vicecancellar. — —

XII.

Annus 1412.

Sigismundus rex Romanorum certiorem facit Henricum de Plauen Magistrum generalem, se in conventione cum rege Poloniae in negotio regis cum ordine quaedam constituisse.

Rok 1412.

Zygmunt król rzymski, uwiadomia Henryka de Plauen, wielkiego Mistrza, iż na jeździe z królem polskim zrobił pewne postanowienie króla z zakonem.

Dem Erwirdigen Heinrichen von Plawen Homeister Tewtsches Ordens vnserm lieben Andechtigen.

Sigmund von gots gnaden Römischer Kunig czu allen czyten merer des Richs vnd zu Vngern etc. Kunig.

Erwirdiger lieber Andechtiger als du nechste vor dem Ersamen Bruder Michel Kuchenmeister dines Ordens Obristen Marschalk wol vernomen hast, des wir hoffen wie das wir mit dem Kunig von Polan vff Vastnacht negst vergangen zusamen komen solten etc. — Also verkunden wir dir das wir beide etwie lange zyte byeinander gewest sin, vnd das wir von gotes gnaden ein solich besliessung beteidingt, vnd gemachet haben, die wir getruen der hieligen Kirchen, dem Riche, dem Orden und gemeinem nutze erlich, trostlich vnd nutzlich sy, Als dir das vnser trefliche Botschafte die wir mit sampt Johannes dinem Schriber, diesem gegenwertigen dinem knaben vnverczogenlichen nach senden, genczlichen vnd eigentlichen vnderwysen soll vnd begeren darvmb von dir mit ganczem ernste vnd flisse das du herynne gewarnet syn vnd dyn gebietiger zu stunde by dich rufen wollest, so dieselbe vnser bothschaft kume das man die on verczieben verhoren, vnd sich darnach richten mög, wann wir disen knaben allein darumb vnd vmb nichts anders vorgesant haben, vnd das du och genczlich vnd ernstlich bestellen söllest, das keynerley zugriffe vff die vorgenante kunig vnd das kunigreich zu Polan vnd Herczog Witold von den dinen beschehen, als wir dir des genczlich gelouben vnd getruen wann wir demselben

konig dafür versprochen haben so hat er vns auch widervmb versprochen, das kein zugriff vf dich vnd dinen Orden, von Herzog Witold vnd den sinen getan werden soll vnd wollest das auch gen Liffland, vnd wo des not ist verkunden vnd versorgen on alles verczieben Geben zu Lublow des nehsten Dinstags nach Letare vnser Riche, des vngrischen etc. in dem XXV. vnd des Römischen in dem Andern Jardn. —

Ad mandatum domini Regis
Johannes Kirchen. —

XIII.

Annus 1412.

Formula juramenti Vladislai regis Poloniae Sigismundo regi Romanorum praestaturi.

Rok 1412.

Rota przysięgi Władysława, króla polskiego, Zygmuntowi królowi rzymskiemu złożyć się mającej.

Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie, Nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Zyradie, Lancziziae, Cyauie, Lithuanieque princeps supremus, Pomeranye, Russieque dominus et heres Recognoscimus et tenore presencium profitemur Serenissimo principi et domino domino Sigismundo eadem gracia Romanorum Rege et semper augusto ac Hungarie Rege et cet. ffratri nostro carissimo ad fidem puram et perfectam seruandam. Nos per uotum Juramenti ligno crucis uiuifice per nos tacto Corporaliter prestiti, obligatum et astrictum quod quidem Juramentum seu fidei sacramentum sibi fecimus et prestimus per formam uerborum infrascriptum.

Ego Wladislaus Rex Polonie lithuanieque princeps supremus et heres Russie et cet. Juro quod ex nunc fidem seruabo domino Sigismundo Romanorum Regi semper augusto et Hungarie Regi fratri nostro carissimo et ipsum prosequar syn-

20

ceris fauoribus et liberos suos legittimos ac heredes bonum status et ipsius honores ipsius procurando et commode ac profectus eius ordinabo ubilibet. Nec umquam ad obtinenda bona Regna principatus ac dominia que nunc habet et in futurum habiturus est nolo attendere uel ad perimendam aut perdendam uitam eius seu mortem sibi procurandam quolibet aspirare aut cogitare. Sed ubicunque aliquid mali seu sinistri de ipso sciuero, audiuero et sensero . ipsum fideliter premuniamus et sibi contra insidias omnes Inimicorum suorum firmiter toto posse assistamus dolo et fraude quibuscunque procul motis. Eumque ac liberos suos legittimos et heredes numquam deseram ymmo pro honore et statu eius bona profectus et Commoda ipsius tamquam propria procurabo, ordinabo et disponam quam diu uitam duxero in humanis. Sic me deus adiuuet et sancta crux . sanctaque nostra maria, noster Christus et omnes sancti. Ut ut maior caritas, certitudo et securitas Inter predictos Serenissimos principes dominos Sigismundum Romanorum et Hungarie ac Wladislaum polonie Reges augeatur et Concrescat Nos Nicolaus dei gracia Archiepiscopus halicensis ad Ecclesiam Gneznensem postulatus Albertus Pomezaniensis Episcopus, Regni Polonie supremus Cancellarius et Sbigneus Marschalcus Regni Polonie promittimus et spondemus quod ipsum dominum Wladislaum Regem polonie et dominum nostrum generosum ad hoc tenebimus et nostris hortamentis inducemus quod Juramentum suum predicto domino Sigismundo Regi Romanorum et Hungarie cum matura et bona deliberacione factum et constitutum. In omnibus articulis et clausulis et condicionibus tenebit ad tempora sue uite constanter et seruabit Nec umquam predicto domino Wladislao Regi Polonie domino nostro generoso huius contrarium consulemus. Hoc eciam adiungentes quod litteris illis in quibus post mortem alterius nostrum, treuge quinque annorum sunt disscripte Infra quos uideri debet de iusticia et Jure presencium, pro terris Russie et Moldiue secundum seriem litterarum per prelatos et barones utriusque Regni Hungarie uidelicet et Polonie, Primo in Yglaw alio nomine In noua uilla et secundo in antiqua uilla confectarum preiudicare nolumus aut in aliquo derogare presentes. Preterea promittimus Nos Wladislaus Rex Polonie predictus quod presentes litteras Sigillo Maiestatis nostro faciemus sigillare dum nobis littere nostre Sigillo Maiestatis domini Sigismundi Regis Romanorum et Hungarie fuerint sigillate . horum quibus sigillum nostrum quo utimur unacum Sigillis predictorum Venerabilium principum Nicolai Archiepiscopi halicensis et Alberti Episcopi Posnaniensis et Sbignei Marschalci est appensum testimonio litterarum. Datum in Liblin feria quarta proxima post dominicam letare. Anno Millesimo quadringentesimo decimo secundo.

Protestamur insuper nos Vladislaus Rex poloniae praedictus quod ille articulus qui sic incipit, hoc etiam adjungentes quod litteris illis et cet. Nomine nostro et nomine fidejussorum nostrorum videlicet Nicolai Archiepiscopi et ceterorum est hic impositus et inscriptus, quem cum aliis articulis irrefragabiliter volumus tenere et servare, dolo et fraude proculmotis.

Caput VII.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1413.

Rozdział VII.

Akta dyplomatyczne za panowania Vladysława Jagiełły, z roku 1413.

I.

Annus 1413.

Vladislaus rex Poloniae et Witoldus magnus dux Lithuaniae declarant, fore, ut post excessum suum Samogitia ordini reddatur. Magister generalis Henricus de Plauen donationem hanc recusat.

Rok 1413.

Władysław król polski i Witołd wielki książę litewski oświadczają że po ich śmierci Żmudź Zakonowi oddaną będzie. Mistrz wielki, Henryk de Plauen nieprzyjmuje tej darowizny.

In nomine Domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo quadringentesimo Tredecimo Indiccione sexta die uero Veneris uicesima quarta mensis Februarii hora nonarum uel quasi Pontificatus in Christo Sanctissimi patris et do-

mini domini nostri Johannis diuina prouidencia pape uicesimi tercii anno eius tercio In Reuerendissimi in Christo patris et domini domini Johannis Dei et Apostolice sedis gracia Archiepiscopi Rigensis nec non Magnifici Principis domini Heinrici de Plawen Ordinis beate Marie Theutonicorum Irlimitani Magistri generalis notariorumque publicorum et testium subscriptorum presencia personaliter constituti honorabiles et discreti uiri Benedictus Archidiaconus Lancicie et Stanislaus Czolek, Canonicus Sandomiriensis habentes quandam litteram Incliti Principis Domini Wladislai dei gracia Regis Polonie nec non Magnifici Principis Domini Alexandri alias Wytowdi Magni Ducis Lithuanie quam dictus Benedictus in suis manibus tenuit, ipsorum amborum que sigillis minoribus sigillatam eamdem litteram dicto Magnifico principi Heinrico de Plawen Magistro generali ad recipiendum porrexerunt. Quiquidem Magnificus princeps dominus Heinricus Magister generalis suprascriptus, antequam huiusmodi litteram ad se reciperet, antedicti Reuerendissimi patris et aliorum testium infrascriptorum presencia per strenuum Militem Theodoricum de logendorff Interpretem suum allocutus est ipsos nnnccios in hec uel similia uerba in effectu. Si uultis quod litteram ad me recipiam, perlegi faciam et perlecta consilium desuper habeam et consilio habito super eadem litera uobis respondeam, paratus sum eam recipere et me desuper informare et Si secundum pernunceiacionem Serenissimi Principis et domini domini Sigismundi Romanorum et Ungarie Regis Bude factam Ordini meo et michi sufficiens sit et utilis paratus sum eam retinere. Si autem talis inuenta non fuerit, huiusmodi recepcio nullius sit roboris uel momenti, de quo manifeste protestor. Et si ipsi nunccii habito prius consilio inter se dictam litteram. Magnifico Principi predicto domino Heinrico. Magistro generali tradiderunt, ad legendum et se desuper informandum, presentibus honorabilibus et strenuis militibus et uiris. Fredrico de zelt, Comite, Michaeli Cochenmeyster Marschalco generali, Reymundo Brendel, Ebirhardo Walfels. Eadem die et hora Idem Magnificus princeps et dominus Heinricus de Plawen Magister generalis ad stupellam consilii cum suis se recipiens dictam litteram perlegi fecit et consilio habito cum suis preceptoribus coram dicto Reuerendissimo patre domino Johanne Archiepiscopo Rigense et aliis iurisperitis nos notarios publicos requisiuit quatenus sibi transsumptum de huiusmodi littera nichil addendo nil minuendo quam substanciam facti inmutaret conseribere et in publicam formam redigere curaremus ad securitatem presencium et cautelam futurorum. Idcirco Ego Andreas notarius infrascriptus unacum Johanne collega meo in hac parte uidentes et cognoscentes nos ex officio nostro litteras quascunque posse transsumere

nichil addendo uel minuendo prout in Juramento amborum nostrum plenius continetur, huiusmodi litteram ad nos recepimus. transsumpsimus habita collacione unius ad alteram eamque per modum transsumpti in publicam formam redegimus ut sibi plenaria fides tamquam uero transsumpto ualeat adhibere, cuius tenor per omnia sequitur in hec uerba. Nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie, Littuanieque princeps supremus et heres Russie et cet et Alexander alias Wytholdus Dei gracia Magnus Dux Littwanie et Russye Significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis, Quod iuxta tenorem litterarum pacis perpetue inter nos, Regnum, terras, subditos et adherentes nostros ab una ac Venerabilem et Religiosum dominum Heinricum de Plawen Magistrum generalem Ordinis cruciferorum domus Theutonicorum ac eundem Ordinem unacum terris, subditis et adherentibus suis parte ex altera in Thorum facte et inite et per sentenciam Serenissimi Principis et domini domini Sigismundi Romanorum Regis semper Augusti et Ungarie et cet. Regis fratris nostri carissimi inter nos arbitratoris confirmate, tenere et habere possumus et debemus terram Samaytharum cum totali plenarioque ipsius dominio per totum tempus quo uitam uterque nostrum duxerimus in humanis nisi inuita nostrum ipsam Ordini prefato libere uellemus dimittere et resignare, hoc stet in nostra uoluntate post mortem uero amborum nostrum et id presentibus roboramus, idem Ordo se intromittere poterit de terra Samaytharum predicta cum omnibus iuribus et proprietatibus suis secundum tenorem litterarum eidem Ordini per nos si que sunt prius datarum Salue Jure alieno quocumque cui perpresentes uel alias quascumque non potuerimus nec uoluerimus non possumus nec uolumus derogare nec intendimus derogari. harum quibus Sigilla utriusque nostrum sunt appensa testimonio litterarum. Datum in Castro nostro Cawne ipso die Conuersionis sancti Pawli Apostoli Christianissimi die mensis Januarii Anno incarnacionis domini Millesimo quadringentesimo tredecimo. Sigilla uero quibus huiusmodi littera sigillata erat, numero erant duo et parua, primum domini Regis, fuit primum ad modum unius grossi, figure rotunde, de cera communi, in cuius medio cera rubea, cere communi impressa erat, et in media cere rubee forma scuti in quatuor partes diuisi uidebatur et in primo et tercio angulis ymago aquile, in secundo et quarto angulis ymago cuiusdam Armigeris insedentis equo phallerato apparebat et cognoscebatur, tenor uero litterarum circumferencialium talis erat. Wladislaus Dei gracia Rex Polonie et cetera Secundum uerum sigillum similiter erat primum et rotundum de cera communi, cera rubea cere communi impressa in cuius medio ymago Armigeris manum extensam habentis cum gladio euaginato insedentis equo phalerato cog-

noscebatur et uidebatur . littere uero Circumferenciales ipsius Sigilli huiusmodi tenoris erant post sequebatur Sigillum Alexandri Magni ducis Littuanie et cetera. Post dicte uero littere transsumpte perleccionem, auscultacionem et diligentem examinacionem dictus Magnificus Dominus Heinricus de Plawen de Consilio suorum preceptorum in dicta sua stubella consilii protestatus est huiusmodi litteram, uelle refutare et recusare caussis et racionibus infrascriptis. Primo quod est insufficiens et sigillis minoribus dictorum dominorum Regis et Ducis et non sigillis Maiestatis, secundum quod tales litterae consueuerant sigillari, sigillata. Secundo quia non est illius tenoris et sufficiencie secundum quod requirunt litterae pacisfederis et pernuncciacionis Romanorum et Ungarie Regis. Item ex pluribus alijs causis loco et tempore oportunis proponendis presentibus dicto Reuerendissimo patre domino Johanne Archiepiscopo supradicto, Magistro Johanne abeczier preposito et Canonico Ecclesie Warmiensis, Johanne de Reddin officialis Curie pomezaniensis, Pawlo Winckelman plebano in Resenburg, Nicolao Wytkopp, et Sigismundo schonfeld Militibus Culmensis, pomezaniensis et Wratislauiensis dyoceseos presbyteris et laycis testibus ad premissa specialiter uocatis et rogatis.

Eadem die et hora Idem Magister generalis reuersus est ad refectorium Magnum ad respondendum nunccijs dictorum dominorum Regis et ducis post reputacionem littere, de qua supra fit mencio et per dictum Teodoricum Militem allocutus est nunccios per hec uel similia uerba in effectu, habetisne aliquam aliam litteram super terra Samaytharum nobis directam huic littere sufficienciorum parati sumus et expectauimus cum preceptoribus recipere eam et si quis unam sufficientem litteram nobis presentaret, parati sumus recipere eam. Qui cum respondissent quod aliam non haberent et si habuissent dudum presentassent, dictus dominus Magister generalis petiuit sibi fieri transsumptum a dictis nuncijs et decerni sub manu publica Qui respondentes hoc se non habere in mandatis, sed si dominus Magister uellet harum Copiam parati essent sibi eamdem presentare. Quapropter dictus dominus Magister generalis in presencia dicti Reuerendissimi patris domini Archiepiscopi et preceptorum, Juris peritorum et quam plurimum procerum et nobilium dictam litteram nunciis presentatam petiuit sibi denuo presentari. in presencia omnium predictorum ad legendum. Quequidem littera post quam ad presentationem dictorum nunciorum, consulum et preconsulum in presencia omnium predictorum lecta latinis et demum uulgarizata Theutonicis uerbis, ipsisque nunciis representata fuisset. Idem dominus Magister generalis per dictos Reuerendissimum patrem dominum Archiepiscopum et strenuum militem

dominum Theodoricum de logendorff inpresencia omnium predictorum allocutus est ipsos nunccios et respondit eisdem super recusacionem accepcionis littere predicte per hec uel similia uerba in effectu, litteram nobis directam et per uos presentatam propter sui insufficienciam recusamus recipere et acceptare, in eaque contentari, Causis et racionibus infra et supradictis, Primo quia est insufficiens et sigillis minoribus, dictorum dominorum Regis ac ducis et non sigillis Maiestatis secundum quod tales littere consueuerunt sigillari sigillata. Secundo quia non est illius tenoris et sufficiencie secundum quod requirunt littere, pacisfederis et pronuncciacionis, Romanorum ac Hungarie Regis. Item ex pluribus aliis causis loco et tempore oportunis proponendis, presentibus testibus in mediate quibus supra. Eadem die et hora uesperarum uel quasi dictus Benedictus Archidiaconus lancicie in domo Michaelis Crapicz oppido Marienburg, hospitii ipsius Benedicti Copiam supradicte littere per omnia eiusdem tenoris collacionatam et auscultatam cum dicta littera originali secundum quod promisit nobis tradidit et prout promiserat presentauit. Presentibus honorabilibus et discretis uiris Stanislav Czolek, Canonico Sandomiriensi, et Pawlo Winkelman plebano de Resenburg pomezaniensis dyoceseos testibus ad premissa uocatis et rogatis.

Et Ego Andreas Magni de Nuwenmarkt Pomezaniensis dyoceseos clericus publicus Imperiali autoritate notarius, Quia predicte littere porreccione, deliberacione, pernotacione, leccione, protestacione, transsumpti peticcione, litterarum collacione, sigillorum inspeccione, et descripcione, littere reputacione et reddicione, causarum insufficiencie, allegaccione, Omnibusque aliis et singulis praemissis dum sic ut promittitur fierent et agerentur unacum praenominatis testibus praesens fui. Eaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc praesens publicum instrumentum per alium fideliter scriptum unacum Collega meo Johanne Notario infrascripto, exinde confeci, publicavi, et in hanc publicam formam redegi. Signo et nomine meis solitis et consuetis consignavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum.

Littere de Concordia in Thorun et in Raczanz.

II.
Annus 1413.

Rex Poloniae scribit pluribus principibus, se ab ordine omnibus modis cogi ad suscipiendum bellum.

Rok 1413.

Król polski, pisze do niektórych Książąt, że zakon używa wszelkich sposobów aby go (króla) do wojny zmusić.

Uniuersis et singulis principibus Ecclesiasticis et secularibus Nec non Marchionibus, ducibus, lantgrauiis. Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Communitatibus, Rectoribus Ciuitatum et aliis fidei Catholice cultoribus ad quos presentes peruenerint fratribus et amicis nostris carissimis, Salutem fraternam caritatem complacentiam firmitatem et fauorem Illustres praeclari Magnifici Spectabiles, ualidi, nobiles et famosi fratres nostri carissimi et amici, Totiens uniuersitati uestre et aliis principibus Christianis contra Cruciferos de Prussia pro Iniurijs quibus nos cottidie non cessant perturbare querelas exponimus quod iam pudet nos eas tot viribus resumpsisse. Sola nos Innocencie uestre cogit ad id necessitas quatenus agnita nostra puritate iniquis ipsorum delacionibus quibus nos ad uestram et omnium Christifidelium odia conantur inducere fides subtrahatur creditiua et aperte cognoscatur quod omnia uiciorum contagia quibus ipsi sunt subiecti in nos student retorquere. Ut si proinde et alijs calamitatibus quas nobis imponunt defensioni et saluti Regni nostri prouidendo quantum legum et canonum indulget nobis autoritas oportere nos moueri temeritati minime ascribatur. Arbitramur namque uestram non latere inusitatem quod post conflictum et graues sediciones ad quas cum ipsis inuiti descendimus dum optata ab excelso poteremur uictoriam omnia Castra Ciuitates, ffortalicia, Oppida, uillas et bona, que ab eis ipsis iusto et legittimo bello recepimus pacem querentes quam omnibus mundi opibus reputamus cariorem. Ipsis restituimus exintegro et pacisfedera cum ipsis contraximus perpetue duratura uolentes in pacis dulcedine pacis colere auttorem. Ipsi autem obliti horum beneficiorum semper nobis infesti pacisfedera perimpendentes cum tanta maturitate firmata qua non posset melior reperiri ad

consvete pertinacie contumelias reuertuntur et durioribus Iniuriis nos fatigant. Nunc coram sanctissimo in Christo patre domino nostro papa et ipsius sacri Colegij Cardinalibus, Nunc coram Uniuersitate uestra et alijs principibus fidem Christi colentibus famam uestri nominis depratando Nunc alijs opprobrijs et iniurijs, quas longo contextu litterarum exprimere non possemus nos turbando que immensam nobis doloris attulerunt acritatem. Etenim non uerentur coram uobis asserere qualiter contra ipsorum ordinem et ceteros domesticos fidei congregaremus Exercitus paganorum ipsos ad fines Christifidelium ubique tum eis mansuri que numquam in cor nostrum nouit deus ascendunt quin ymo ab exordio regeneracionis nostre semper pio affectu et plena deuocione fidem Christi amplectentes omnes eius domesticos et cultores sicut sacris scripture iubemur eloquijs diligimus et Crucis Christi inimicos quibus confinamus omnibus iuribus proprie sanitati facultatibus et expensis non parcentes sub multis periculis et dispendijs pro ipsorum libertate prosequimur. Non gloriamur de eis nec nostris ascribimus laudibus Nouit ille qui cognoscit uniuersa. Sed si res subiciatur oculis certitudo uideretur veritalis et posset comperiri, quis inter nos et ipsos Cruciferos fructus in fide catholica uberiores procurauit. Reuera nimia sunt que de se protestantur quos sola multiloquia et uerborum prolalitas uulgo recommendant, sed si appendantur in statera ueritatis uix fauille habebunt racionem. Porro iam ingenium nostrum apprehendere non potuerit qualiter nos erga ipsos debeamus exercere. Nam quociensciunque cum ipsis pacisfedera pacta et quoscunque tractatus confecimus quacunque infirmitate uallata e uestigio et extemplo ipsa inceperunt inuiolari et solitis nos opprobrijs lacessunt quanto que nos ipsis humiliores obtulimus tanto se nobis reddunt grauiores quibus profecto potuissemus resistere sed semper credebamus posse ipsos multis conuersacionis nostre studijs ad obseruacionem pacis inclinare. Ipsi autem aduersum nos tanto magis inferuescunt et quamuis multis instancijs Serenissimi principis domini Sigismundi Romani regis semper Augusti et Ungarie Regis et cet, fratris nostri acclinati in arbitramentum ipsius pro omnibus displicencijs Iniurijs odii dampnis et dissensionibus cum ipsis deuenimus. Ipsi tamen uigore Compromissi per se et tandem per suum subarbitrum Magistrum Benedictum de Macra utriusque iuris licenciatum quem nobis hinc inde Sacri Imperii Occupatus negocijs iudicem et Commissarium deputauit ad nonnullos actus Judiciarios et arbitrales iuxta formam Compromissi processisset et certas inter nos tulisset. sentencias sub penis uallatis obseruandas omnibus arbitramentis decretis decisionibus et senteneiis ipsius et prefati sui subarbitri, quibus nos humiliter paruimus paretis contempserunt et

obedire noluerunt penas incurrerunt non pauentes promulgatas. Sicque ipsos nec rigor Justicie compellit nec inducit equitas ueritas neque nostra mutet humilitas ad obseruacionem pacis et amplexum. Amplius post praemissa mercatores nostros ualde multos quos in regno nostro habuimus pociores qui in spem pacis terras ipsorum negociando fuere ingressi omnibus bonis ipsorum ablatis que secum habuerunt absque pietatis miseracione unacum uxoribus ipsorum que ipsos sequebantur et infantulis adhuc ad ubera matrum pendentibus quibus gens impia barbarorum pepercisset crudeliter occiderunt, Canibus et uolatilibus deuorandos Nec humanam ipsis turpiora prestare permiserunt sepulturam. Pro quo dum eos litteris et nunciis nostris hortaremur nullam ab ipsis habere potuimus responsiuam quibus non contenti cum stipendiarijs suis quos ad sua subsidia falsa de nobis predicantes suspicia conduxerunt hostiliter congregati. Terras nostras intrauerunt et bona Ecclesie Wladislauiensis quedam in eis uastauerunt quos fuisset continuo talionis uindicta consecuta. Sed ne precipitacioni subici et magis impetum quam racionem sequi uideremur. Manum nostram retraximus nec aliquid contra ipsos uoluimus attemptare uisi impaciencie ipsorum turbinibus arceremur. Mala autem malis cumulantes et sathagentes nos aduersum prouocauerunt nuper quasdam delicati sexus feminas et matronas Nobiles terrarum nostrarum, que zelo deuocionis accense pro indulgencijs optinendis ad quasdam Ecclesias in Terris ipsorum consistentes peregre uolunt uisitare itineris apprehendentes ad Castra deduxerunt et infra sua Cubilia impudice prolibus diebus sublabe Meretricio seruauerunt. Postremum nuncium Marschalci Regni nostri incertis legacionibus per eum ad eos missum et litteris securitatis ipsorum affidatum inhumana crudelitate per plateas Ciuitatis tractum rote supplicio plecti turpiter mandauerunt. Nouissime autem se non ualentes a concepto impetu abstinere quoddam Castrum nostre Metropolitane Ecclesie Gneznensis kamen dictum infra fines ipsorum situm cum omnibus bonis suis in predam exponentes fecerunt demoliri Et tandem ad terras nostras aciem conuertentes Castrum lobzoro et quedam Regni nostri territoria uidelicet zwacize ut ultra Naclum terram uastauerunt et flammis subiecerunt. Nos autem arbitrijs prefati domini Sigismundi Regis Romanorum et cet. innitentes nullum respectum ad ipsorum insultus habuimus et hactenus libenter pacis compendia quereremus. Sed ecce ad gwerras et disturbia a quibus uellemus nos subtrahere per eos prouocamur. Quocirca uniuersitatem uestram petimus in desiderijs obtinentes quantis delacionibus ipsorum quibus apud uestram uniuersitatem et alios Christiane fidei domesticos famam nostram nituntur obfuscare uelitis fidem subtrahere et ipsis persuadere ut

pacem quam nobiscum contraxerunt et sentencias pronuncciationes et decreta Domini Sigismundi Romani Regis predicti attenderent firmiter et seruarent denegantes. Ipsis subsidia pro quibus uniuersitatem uestram deprecamur et iusticie nostre quam prosequimur adhererentesne innocencie nostre synceritas ipsorum calumpniis et importunis instancijs opprimatur Mercedem. Ab altissimo et uestrorum desideriorum prona beneplacita a nobis proinde recepturi In aliis presentis negocij materiam largientes Nicolao de Micluschonicze Aule nostre Notario fideli nostri ostensori presencium quem ad uestram uniuersitatem super eo dirigimus fidem adhibens uelitis creditiuam. Datum in Castro nostro hrodlo die quarta Octobris Anno Millesimo CCCC. XXX.

Ad Rel. domini Alberti Ep. Crac. Reg. Pol.
Supremi Cancellarii.

III.
Annus 1413.

Vladislaus Jagiello rex Poloniae conqueritur Elbingensibus de Magistro generali, qui eum false accusat, articulos pacis a rege Sigismundo conscriptos violare.

Rok 1413.

Władysłav Jagiełło, król polski żali się Elblążanom na Wielkiego Mistrza, tóry go niesprawiedliwie posądza jakoby artykuły pokoju od krola Zygmunta ułożone, łamał.

Famosis et Prouidis viris Magistro civium Consulibus et Incolis Civitatis Elbingeñ. nobis dilectis.

Wladislaus dei gratia Rex Polonie etc. —

Famosi et prouidi nobis dilecti Noueritis quod Magister generalis Cruciferorum per certos Ñuncios suos nuper a nobis terminum Conuencionis et Placitorum

postulavit, cui ut inter nos pacis comoda nutrirentur et omnis inquietudinis dispendia tollerentur consensum prebuimus Postquam autem prefati nuncii obtenta licencia a nobis cum nostra responsiva recessissent, Illico rumor ad aures nostras pervenit, quod Magister et ordo predicti de nobis coram Serenissimo Principe domino Wenceslao Rege Bohemie etc. fratre nostro dilecto et aliis Principibus christianis aduersum nos et preclarum Principem dominum Allexandrum alias Witowd ducem lithwanie fratrem nostrum carissimum querulantur, asserentes nos pacisfedera inter nos et ordinem contracta, violasse, et nolle sententiis domini Sigismundi Romanorum et Hungarie Regis fratris nostri carissimi obedire prout se compromisso astrinximus qualiterque in exterminium ordinis ipsorum et eorum excidium totis machinaremur conatibus, ceterisque Injuriarum oneribus cottidie eos grauaremus Nouit deus et experiencie hec fide poterit demonstrari quod semper pacisfedera et Sententias domini Sigismundi Regis prefati fideliter et absque omni eorum lesione uel offensa seruamus et seruare non cessamus et adhuc eorum finem que inter nos et prefatum Magistrum et ordinem pendent indecisa, ab ipso domino Sigismundo exspectamus sed ipsi Magister et ordo sentenciis huiusmodi de quibus nos arguunt, soli stare contempserunt, Nam et Subarbitrium ipsius domini Sigismundi nobis utrobique per ipsum deputatum recusarunt et quam multopliciter pacisfedera contracta offenderint, variis nos injuriis conturbando clare constat cum Mercatores nostros ad Terras ipsorum causa negotiacionis accedentes perimendo et bonis privando, tum alia aduersa in eis perpetrando que longo sermonis tractatu vix possent explicari, et ecce de propriis debitis nos accusant sed quis ex nobis huic culpe subiaceat poteritis arbitrari Testis est nobis altissimus quod libenter et cum pleno mentis desiderio a gwerris vellemus subportari et pacem quam semper prosequimur tota deuocione comitari, sed ipsi invitos nos volunt ad eas prouocare, a quibus volumus constanter abstinere nec eis aliquatenus consentire, nisi inevitabili necessitate ad id per eos arceremur Premissa autem non in vim querelamur vobis intimamus sed ut agnoscatis nos ad pacis semper amplexus convolare et bellorum odire ac persequi inquietem. Datum Gnezne feria quarti infra octavas festi Pentecostes. Anno domini etc. Tredecimo.

Relatione domini Donyn propositi sancti floriani Cracovien. Regni Polonie Vicecancell. etc. —

IV.
Annus 1413.

Rex Poloniae certiorem facit Magistrum generalem, se Capitaneis ducis Stolpensis mandavisse, ut ab inimicitiis contra Ordinem theutonicum abstineant.

Rok 1413.

Król polski uwiadomia wielkiego mistrza, iż starostom księcia stolpeńskiego zalecił, ażeby się od kroków nieprzyjacielskich przeciw zakonowi niemieckiemu wstrzymali.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et haeres Russie et cet.

Magnifice et Venerabilis domine noster dilecte Scribitis nobis qualiter tenore uestrarum litterarum diffidacionem per Capitaneos Illustris principis domini Boguslai ducis Stolpensis et cet Capitaneo nostro Noue Marchie factam nostre significastis maiestati et quedam dampna sibi per eos irrogata. Inter quos arbitrio quarumdam Ciuitatum pacisfedera rite fuerunt interiecta, de quibus predicti Capitanei ducis Stolpensis non contenti quandam Ciuitatem uestram et Ordinis Barlin dictam cum impetu hostili accedentes Triginta Captiuos ex ea ad captiuitatis mancipia deduxerunt et sex uillas iuxta ipsam positas uastauerunt et multa pecora et greges de ea abigerunt, subiungentes in eisdem quod huiuscemodi Iniuriarum obprobria non possetis per amplius tollerare et uos in repressionem earum oporteret consin . . . . . Scientes quod eisdem nostris insinuare curauimus ut se ab omnibus persuspicionibus abstinerent per quas pacis federibus aliqualiter posset derogari et nunc euestigio prefato duci et ipsius Capitaneis scripta nostra dirigimus ut nichil erga uos et Ordinem uestrum presumerent attemptare per quedam pacisfedera aliqualiter lederentur. — Quapropter syncenritatem uestram petimus et hortamur quatenus inter nos et Ordinem pendente . . . . . et quousque coram Serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum Rege et cet. fratre nostro carissimo extrema sorciatur auspicia nichil debeatis innouare. Nam nullus excessus ita grauis et exuberans qui rigore

iusticie non poterit refrenari, si quid enim erga nos et Ordinem uestrum prefati Capitanei delinquerunt censura Juris ad emendam compellentur, nec nos aliud arbitramur perquirere nisi quae racio suadet equitatis et super eo quod scribitis se uelle ab Iniurijs ut asseritis a prefato duce et ipsius Capitaneis nobis illatis defendere et tueri mentem uestram uelitis nobis aperire et animi uestri propositum lucidius demonstrare, super quibus nobis uestris litteris respondeatis. Datum in Gnezna feria sexta post octauas festi penthecostarum Anno domini Millesimo quadringentesimo tredecimo.

Ad relacionem domini Donyn prep. Sci. flor. Cracouiensis Regni Polonie Vicecancellarii.

Magnifico et Venerabili domino domino Henrico de Plawen Ordinis sancte Marie domus Theutonicorum de Prussia Magistro generali et cet. amico nostro carissimo.

V.

Annus 1413.

Declaratio regis Poloniae, se cum Henrico de Plauen, Magistro Cruciferorum, pro festo sancti Michaelis coiturum.

Rok 1413.

Oświadczenie króla polskiego, iż z Henrykiem de Plauen, Wielkim Mistrzem krzyżackim na dniu S. Michała osobiście się zjedzie.

Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et haeres Russie et cet.

Significamus tenore presencium, quibus expedit uniuersis quod ut pacis beneficia inter nos et Ordinem Cruciferorum debite perseuerancie fauoribus nutriantur et omnis obrobrii amputetur incertiua, per que sepe flamma extinguitur caritatis et succrescunt dispendia odiorum, decreuimus cum Venerabili domino Henrico de Plawen Magistro generali Cruciferorum super festo sancti Michaelis proxime

affuturo Conuencionem celebrare personalem. Ita tamen si nobis aliquod impedimentum non obsistet, quia tunc ab ea uolumus supportari. Sed nichilominus prelatos et barones Regni nostri ad ipsam in Grabye dirigemus cum plena potestate, quibus uices nostras committemus, ut cum ipso Magistro uel eius Consilio nostro et Regni nostri nominibus tractandi ordinandi, disponendi et concludendi de omnibus nostris et dicti Ordinis negocijs habeant omnimodam facultatem. Nolentes omnino per eam pacisfederibus inter nos et Ordinem dudum contractis uel cause que Coram Serenissimo Principi domino Sigismundo Romanorum et Hungarie Rege et cet. et ipsius Subarbitro seu Commissario uentilatur uel ipsorum processibus factis et fiendis aliqualiter derogatis, ymmo omnia et singula in eisdem punctis in quibus ante huiusmodi Conuencionem persistebant. Salua uolumus persistere et manere hoc addito specialiter et expresso quod pendentis Conuencionis huiusmodi inter nos termino Coadiutoribus, uasallis adherentibus et subditis Magistri et Ordinis nulla penitus dampna uel iniuria debemus arrogare uel inferre. Excepto si contra nos et preclarum principem dominum Alexandrum als Wytowd ducem lithuanie fratrem nostrum carissimum prefatus Magister et Ordo aliquas proposiciones emiserint uel queralas quod eis contradicere potuimus et quolibet respondere. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum Guezne feria tercia festi Pentecostarum Anno domini Millesimo quadringentesimo tredecimo.

VI.
Annus 1413.

Rex Poloniae petit a Magistro generali salvum conductum pro delegatis suis Mathia de Wansosche et Nicolao de Czarnkow.

Rok 1413.

Król polski żąda od Wielkiego Mistrza glejtu dla swoich posłów Macieja z Wąsosza i Mikołaja z Czarnkowa. —

Vladislaus Dei gratia rex Polonie Littuanieque princeps supremus et haeres Russie et cet.

Venerabilis amice noster dilecte, decrevimus dirigere ad V^re^ synceritatis presentiam spectabiles et strenuos milites Mathiam de Wansosche Palatinum Calisiensem et Nicolaum de Czarnkow supremum judicem majoris polonie barones Consilii nostri fideles nobis dilectos in nostris et regni nostri arduis negotiis synceritati vestre exponendis plenius et distincte. — Quocirca eandem synceritatem Vestram petimus quatenus cum Consiliariis vestris in aliquo certo loco velitis convenire et ipsum predictis Baronibus in Junemwladislavia intimare et litteras salvi Conductus vestri ut nos secure valeant accedere, distinare ubi ea decreverunt prestolari. — Gratam et acceptam complacentiam, nobis in eo ostendentes. Datum in Szroda ipso die sancte Margarethe, anno domini millesimo quadringentesimo tredecimo et cet.

Ad relacionem Domini Donyn prept. Flor. Cracoviensis regni polonie Vicecancellarii. —

Magnifico et venerabili Domino Henrico de Plaeven Ordinis sancte Marie domus Teutonicorum de Prussia Magistro generali et cet. amico nostro carissimo.

Tag un nacht an sumen gross macht dar an litgangen von Thoran hora septima nach Mittag. —

22

VII.

Annus 1413.

Litterae regis Poloniae ad Wilhelmum Kostka de Postupitz, quibus illi nuntiat ordinem Theutonicum ad bellum se parare.

Rok 1413.

List Króla polskiego do Wilhelma Kostki z Postupic, w którym go uwiadomia że zakon gotuje się do wojny.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie et cet.

Nobilis et ualde nobis syncere dilecte, specialem de nobis gerentes fiduciam infrascripta nobis curauimus intimare quod Cruciferi de Prussia nobis gwerras nowas iterum suscitare et movere se disponunt non curantes nec auertentes pacem perpetuam quam nobiscum contraxerunt litteris et munimentis firmissimis roboratam. Ymmo et sentenciam Serenissimi Principis domini Sigismundi Romanorum et Ungarie et cet. regis fratris nostri charissimi confirmatam . cuius Sentencie et edicto contraire in omnibus et mandata ipsius contempnere non formidant, ymmo stante inter nos pace perpetua stipendiarios multitudinis infinite contra nos conuocauerunt et adhuc conuocant uolentes gwerras nobis iterum suscitare et terras nostras inuadere improuise. Nuper enim ducentos aut plures Mercatores Regni nostri cum uxoribus et Infantibus etatis tenere crudeliter in terris proprijs occiderunt et bona ipsorum et Mercancias ad Castra et Portalicia ipsorum deduxerunt et quicumque ex subditis nostris Terras ipsorum Cruciferorum in spem pacis contracte cum bonis et Mercanciis eorum ingrediuntur, ab ipsorum Cruciferorum manibus, alij aquis merguntur, alij morte crudelissima occiduntur, et aliqui uix manibus eorum euadunt bonis tamen proprijs spoliati. Tantasque ab eis impaciendas Iniurias sustinemus, prout uix eadem scriptis aut uerbis possumus explicare, quibus tamen obuiare diuino adiuti auxilio possemus faciliter sed nolumus . . . . . . sentencie per dominum Regem Sigismundum predictum in quem utrobique firmiter . . . . misimus ferende et iam in parte late expectantes cui semper paruimus . . . . adhuc parrere presto sumus. Nec eciam uolumus gwerras aliquas eis inchoare . . . . compromissum in dominum Sigismundum Romanorum Regem factum nisi tunc gwerr . . . non pos-

semus quoquomodo supportari et ad eos per Cruciferos arceremur . . . .
subditis Regni nostri ad Terras ipsorum tam in aquis et in terra transitum precluserunt et cet. et cet. Ideo Nobilitatem uestram requirimus et hortamur desideriose affectantes quatenus consulere nobis et informare nos uelitis si per has nobis et nostris factas iniurias pacem perpetuam nobiscum contractam uiolarunt petentes Nobilitatem uestram quatenus preparare cum hijs quos habere poteritis se uelitis nobis in auxilium si fuerit necesse transferre, dum per nostras litteras uos duxerimus iterum informandum Et hos qui Cruciferis in subsidium contra nos uoluerint se transferre retinere uelitis, interim quousque nostras per uos litteras dirigemus. Ad huc enim gwerras nobis Cruciferi non mouerunt, quas eciam inchoare nolumus, sed dum easdem nobis mouerent mox per . . . . . . uestras literas dirigere studeremus. Datum in Opozno feria sexta proxima post festum sancti Jacobi Apostoli. Anno domini Millesimo quadringentesimo tredecimo. —

Ad Relacionem domini Donyn prepositi sanct. Florian. Epis. Crac. Regni Polonie Vicecancellarii.

Strenuo et Nobili Wilhelmo Costka de Postupicz. Militi nostro dilecto. —

VIII.

Annus 1413.

Rex Poloniae conqueritur praelatis et clero spirituali de ordine teutonico, qui decretum compromissoriale Benedicti de Maura, subarbitri regis Romani, sprevit.

Rok 1413.

Król polski żali się prałatom i duchowieństwu swieckiemu na zakon niemiecki, który wyrokiem kompromissyinym Benedykta de Maura, subarbitra króla Rzymskiego wzgardził.

Reuerendissimi in Christo patres fautores et amici nostri carissimi. Jam pudet nos tociens contra Cruciferos de Prussia p. v. querelas replicare attamen ne inducetur obnoxe eorum que aduersum nos et Regnum nostrum p. v. ac Regibus ac principibus Christianis ubilibet in orbe terrarum confictis ad inuencionibus proponere non formidant cogitur eos iterum ac iterum resumere ut innocencie nostre puritas et quam patimur ab ipsis Iniuriarum calumnitas limpidius ualeat Intueri non possit nobis Imputari si in nostram et Regni nostri defensionem consurgamus quam legum et canonum sacra indulget auttoritas et persuadet ingenium rationis et ecce patres reuerendissimi licet post conflictum et graues sediciones quas cum ipsis Cruciferis ineuitabilis necessitas committere nos coegit pacem querentes et persequentes nulla uicti grauedine sed ut pacis autori quam nobis pro pignore dileccionis reliquit singulari pacem Inquiens de uobis pacem relinquo uobis possemus complacere pacisfedera perpetua contraxissemus tanto beatorum munita et formata ut ualidior uia nequiuisset firmitatis que putantes perpetuis temporibus duratura Castra Ciuitates fortilicia oppida uillas et bona legittimo et iusto bello per nos adepta ipsis restituimus ex integro ut ex hoc continua pacis inter nos hincinde sedulitas nutriretur, et omnes discordie defensiones et odia penitus tollerentur. Tamen ipsi cruciferi huiuscemodi nostrorum obliti beneficiorum ad conswete pertinacie contumelias reuertentur et nobis ac Regno nostro

Iniurias prioribus duriores irrogare non formidant nunc coram . . . p. v. in Christo patre domino Johanne pape moderno domino nostro gracioso nunc coram . . . p. v. et uniuersis regibus et principibus Christianis famam nostri nominis deprauando nunc aliis Iniuriis quas longo contextu litterarum non possemus explicare nos turbando et que nobis immensum dolorem attulerit laborem et non minus uiscera nostra traiacerunt quam sibi poena mortis . . . . Asserunt namque ipsi Cruciferi et confingunt labeis uenenosis quomodo Contra ipsorum Ordinem et ceteros fidei domesticos cum paganorum exercitibus uellemus conspirare et ipsorum exterminium conualere que nunquam in cor nostrum nouit deus ascenderunt. Quin ymmo ab exordio regeneracionis nostre semper pro affectu fidem Christi amplectantes omnes fidei domesticos sicud iubemur diligere dileximus et Crucis Christi inimicos pro Christi fidelium libertate uiribus et sanctitati pape non parcentes et expensis submultis dispendijs et periculis fuimus prosecuti et attenus prosequi non cessamus non gloriamur de hijs nec ea nostris laudibus ascribimus . nouit ille qui omnia non ignorat, sed si res subiceretur oculis profecto possit comperiri quis inter nos in fide Christiani fructus maiores procurauit. Reuera minima sunt que de se protestantur sola eorum multiloquia et uerborum pluritas ipsos uolgo recommendat sed si ponantur in libra ueritatis vix fauille habebunt racionem. Nam quotienscunque solitis nos offendunt iniurijs quamvis resistendi nobis subesset facultas et potestas. Semper tamen ipsorum onera sustulimus ut ipsos per sufferencie pacienciam uinceremus, sed quanto nos ipsis humiliores afferimus, tanto se nobis reddunt grauiores qui super dissimulari prestolantes ut aliquanto mitis nostre conuersacionis studijs mollirentur. Ipsi autem eo magis sic aduersum nos infrenescunt quanto magis nos considerant benignos et sic semper operam nostram in ipsis perdimus. Tandem serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum Rex semper augustus et Hungarie Rex frater noster carissimus animaduertens inter nos ex hijs que gesta sunt mala pro ueterni exicio multis nos compulit instancijs quod in ipsum pro omnibus displicencijs Iniurijs, dampnis, dissensionibus odiis et offensis tamquam in arbitrum compromissimus et rite deuenimus prout et ipsi Cruciferi compromiserunt. Itaque hinciude ac nobis receptis compromissis iuris forma seruatis ad actus processit arbitrales ad quosdam debiti execucioni demandauit ad alijs autem quibus arduis negocijs suis et sacri Romani imperii occupatus interesse et preesse non potuit Venerabilem Magistrum Benedictum de Macra utriusque iuris licenciatum et Magistrum In artibus et ad huiusmodi causam subarbitrum deputauit, quorum omnibus decretis suis et pronuntiationibus

humiliter paruimus. Ipsi autem Cruciferi pertinaciter seruare contempserunt et in odium et despectum nostrum prefatum Magistrum Benedictum quem Insubarbitrum receperant et elegerant et in ipsum consentiant iuramento permittentes nunc quoque ipsum reuocare cum de iure non poterant de facto reuocarent et haberent occasionem iniquam sentenciis decretis et processibus suis non parendi, quibus non contenti nouissime mercatores qui in spem pacis terras ipsorum causa negociandi fuere ingressi, omnibus eorum rebus ac bonis spoliatos occiderunt non parcentes sexu femineo et aetati infantule sed eo minus uxores ipsorum que eos sunt secute et infantes earum adhuc ad ubera dependentes in gladio perimerunt et quod flebile est inferre occisos in loco occisionis coruibus et uolatilibus abiecerunt deuorandos nec humanam ipsis prestare promiserunt sepulturam et dum ab ipsis pro eo petiuimus reddi nobis saltim iusticie complementum nec habere responsiuam ab ipsis proinde meruimus. Pridie autem cum stipendiarijs suis quorum multitudinem contra nos falsa predicantes suspicia ad terras ipsorum contraxerant hostiliter congregati terras nostras inuaserunt et in ipsis bona Ecclesie Wladislauiensis plurima uastauerunt Greges armenta et equiueas ex eis multas ad Castra et Ciuitates suas abigentes et minantes quibus continua fuisset data retribucio ulcionis. Quod ne precipitacioni subiti uideremur, manum nostram retraximus volentes uirtute paciencie commendari nec aliquid contra ipsos attemptare curabimus nisi impaciencie ipsorum turbidine uiolento arceremur. Qua propter p. v. petimus et rogamus quatenus hoc ipsum prefato domino nostro pape uelitis deferre et ipsis Cruciferis persuadere ut nos et Regnum nostrum quibus consueuerunt aduersitatibus persequi minime persequantur. Sed magis pacem ad quam totis aspiramus conatibus nobiscum committentes. Subtrahentes ipsis fidem creditiuam si qua coram p. v. de nobis fulminabunt et fulminare uoluerint fame nostre detractiuam, quia uana sunt que referunt et omni carencia ueritate. Datum Sandomirie XIII. Septembris Anno tredecimo.

Wladislaus dei gratia Rex Polonie littwanieque princeps et Russie supremus heres.

Caput VIII.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1414.

Rozdział VIII.

Akta dyplomatyczne za panowania Vladysława Jagiełły, z roku 1414.

I.

Annus 1414.

Sigismundus, rex Romanorum, citat regem Poloniae et magnum ducem Witovdum ex una, et Magistrum generalem ex altera parte Budam ad judicium compromissoriale.

Rok 1414.

Zygmunt król rzymski wzywa króla polskiego i wielkiego Xcia Witowda z jednej, a wielkiego Mistrza z drugiej strony na termin sądu polubowego do Budy.

Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper augustus ac hungarie, dalmacie, Croacie et cet. Rex arbiter, arbitrator et Amicabilis Compositer Inter serenissimum principem dominum Wladislaum Regem Polonie et preclarum principem

Alexandrum alias Witawdum Magnum ducem littwanie fratres nostros charissimos Ipsorumque Coadiutores et adherentes subditos terras et cet. ex una Nec non Venerabilem Henricum de Plawen hospitalis sancte Marie domus Theutonicorum Magistrum generalem et ipsum ordinem et terras subditos Coadiutores et adherentes eorum ex altera partibus super omnibus displicenciis et Controuersijs que inter dictas partes uertebantur et nunc uertuntur Electus et deputatus beniuole pariter et assumtus uobis Illustrissimis principibus domino Wladislao Regi Polonie, Alexandro alias Wytowdo magno duce littwanie, Janussio et Semouito ducibus Mazouie ac Boguslao duci Stolpensi ac Reuerendis in Christo patribus Archiepiscopo Gnezuensi, Wladislauiensi, poznaniensi, plocensi, Warmiensi Episcopis et alijs coadiutoribus et adherentibus domino Regi Polonie seu presentantibus sua interesse. Necnon uobis Venerabili Religioso Magistro ordinis sancte Marie domus Thewtonicorum ac toti Ordini Omnibusque et singulis quorum interest uel interesse poterit Notificamus per presentes prouenti arduis et maximis que monarchiam mundi respiciunt et pro presenti circa sollicitudines uarias quas pro reformacione status sancte matris Ecclesie et largiente domino quantum ex alto nobis fuerit Concessum pace in eadem ponenda cuius eciam sacri Canones nos aduocatum appellant et defensorem pro recuperacione quoque Jurium sacri Romani Imperij et reipublice Ecclesiastice et secularis exaltacione et incremento ex assumpti Romani Regie potestatis officij debito, nos cottidie uoluntarios subire oportet, cum dies diei eructat et nox nocti indicat solicitudine in illis nobis nouas caussas occupati personaliter interesse non ualentes decisioni et determinacioni cause et causarum que inter uos utrimque uertebantur et nunc uertuntur. Ac uniuersis et singulis Coram nobis Bude et Nobili uiro Benedicto de Macra in utroque iure licenciato nostro in hac parte Commissario et delegato fideli dilecto oblatis productis et inductis personaliter intendere pro eo quod nostra potestas Arbitralis in causa et causis huiusmodi est ad tempus certum et ad locum specifice restricta potestas Meliori modo uia et autoritate quibus melius et efficacius potuimus Reuerendissimo in Christo patri et domino domino Johanne Archiepiscopo Strigonensi primate et apostolice sedis legato necnon nostrė Romane Regie dignitatis Cancellario dignissimo Magnifico quoque uiro Nicolao de Gara Regni nostri hungarie Palatino nostris uicarijs in Regno nostro hungarie generalibus uices nostras ad Arbitrandum commisimus in causa et causis prenotatis. Ipsos quoque nostros delegatos et commissarios ac arbitrales generales et speciales constituimus prout in litteris nostris delegacionem huiusmodi continentibus plenius continetur quarum tenorem

hic habere uolumus persufficienter et insertis et expressatis. Cumque princeps, cuius sodalis est equitas et amica iusticia attentis debet prouidere consilijs ne rei geste series pereat et per aliquem defectum substancia pure ueritatis oberret consweuerunt quippe feliciorem sortiri exitum et fructum afferre laudabiliorem res multorum discusse Judicio et examine approbate testante scriptura ubi multa consilia ibi salus nolentes ut tempus potestatis nostre arbitralis inutiliter effluat et frustra dilabatur. Vobis domino Wladislao Regi Polonie, Alexandro alias Wytawdo magno duci littwanie, Janussio et Semouito ducibus Mazouie et Boguslao duci Stolpensi et Reuerendis in Christo patribus Archiepiscopo et Episcopis predictis et aliis presentantibus sua interesse, Necnon uobis uenerande deuocionis et Religiositatis Magistro hospitalis sancte Marie domus Thewtonicorum et toti ordini Ac omnibus ac singulis quorum interest uel interesse poterit seu qui putauerint sua interesse tenore presencium autoritate et uirtute compromisse inter nos per utramque parcium uestram facti premissa insinuamus notificamus et ad uestri et cuiuslibet uestrum noticiam deducimus per presentes uosque et uestrum quemlibet requirimus et uigore predictorum Compromissorum monemus, hortamur et citamus seriose quatenus decimo die mensis Aprilis proxime affuturi Bude Coram prefatis nostris delegatis aut altero eorum per uos uel per procuratores uestros legittimos ad hoc mandatum sufficiens habentes compareatis peremtorie ad audiendum per dictos nostros delegatos aut eorum alterum de et super omnibus Coram nobis et Benedicto predicto oblatis petitis productis et inductis gestis et actis ferri et pronuncciari sentenciam seu sentencias arbitralem seu arbitrales eciam sententiam seu sentencias alias per nos Bude Anno domini Millesimo quadringentesimo duodecimo uigesima quarta die mensis Augusti presens latam et latas moderandi immutandi confirmandi et Ratificandi et alias processuri et procedi uisuri ad omnes et singulos actus gradatim et successiue usque ad Conclusionem et diffinitiuam sentenciam seu diffinitiuas sentencias inclusiue. Certificantes uos quod siue comperuerit legittime aliqua parcium In termino predicto siue non. Nichilominus ipsi delegati nostri uel eorum alter iuxta traditam et dictam a Curia nostra eis formam et ad alia procedent seu procedet contradiccione euasione diffugio et absencia quam diuina supplet presencia uestrum cuiuslibet non obstante decernentes ut presentes nostre littere Citacionis si personaliter aliqua parcium adire secure non poterit. Saltim in locis uicinis insignibus et notabilioribus publicis ubi sit uerisimiliter ad noticiam citatorum ipsas prouenire ualuis Ecclesiarum patenter affigantur ut merito ad instar albi preteritorum quasi quodam sonoro patulo dictis delegatis

23

nostris aut alteri eorum et alias cui fuerit opportunum fidem et Certitudinem in premissis possint facere sufficientem presencium. Sub nostri Regalis Sigilli testimonio litterarum. Datum Cremone. Anno domini Millesimo Quadringentesimo quarto decimo Quintadecima die mensis Januarij. Regnorum nostrorum Anno hungarie et cet. uicesimo septimo, Romanorum uero quarto.

Ad mandatum domini Regis et etc. Johannes präpositus sancti Stephani Vicecancellarius.

Citacio regis polonie presentata In konigisperg feria quarta ante letare.

II.

Annus 1414.

Salvus conductus Vladislai regis Poloniae datus delegatis ordinis.

Rok 1414.

Glejt Władysława króla polskiego dany dalegowanym zakonu.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et haeres Rusie et cet. Notum facimus uniuersis presencium noticiam habituris, quod dum de uoluntate, Consilio et Consensu nostrorum prelatorum ac Baronum Regni nostri dominorum Nicolai Archiepiscopi Gneznensis Alberti Cracouiensis Jacobi Ploczensis Episcoporum Sandiwogii de Ostrorog, Poznaniensis, Nicolai de Michalaw, Mathiae de Waynschosse, Alberti Wilnensis Palatini, Sbiguei de Brzezie Marschalci Regni nostri, Petri de Schaffranicz de Pieschcowaskala Subcamerarii Cracouiensis, Petri hrczesszensis, Alberti Coninensis, Martini de Baraslawicza, Preczenensis, Johannis Medzeretzensis, Nicolai de Blotischaw, Santocensis Castellani, Nicolai de Czarnkow poznaniensis, Petri de Widawa Syradiensis, Andree de Lubraniec Cuyauiensis, Judicum, Inter nos ac Regnum nostrum Illustrissimos magnificosque principes dominum Alexandrum

alias Witawdum ducem magnum Lithuanie et cet. Johannem et Semonitum Mazouie et Boguslaum Stolpensem duces et Ipsius Regni Coadiutores et adherentes ex una, ac Venerabilem ac Religiosum uirum, dominum Michaelem Cuchmeyster Magistrum generalem Ordinis sancte Marie Theutonicorum Ordinem suum adherentes et coadiutores parte ex altera certam diem placitorum recepimus et seruare quarta decima die post festum resurreccionis domini nunc elapsum, statuimus ut ipsum prosequamur et tam nostrum quam dictum Magistrum fratrum suorum adherencium et Coadiutorum Consilio absque omni impedimento, dampno et quouis dispendio, pacifice, quiete et secure ad huiusmodi diem placitorum ualeant In grabaw uilla conuenire et nostri presenciam ubicunque facimus, constituti uisitare ipsos affidamus et securamus concedentes ipsis saluum conductum nostrum ut ipsi Consiliarii fratres amici, adherentes, Coadiutores et eorum subditi et eis adherentes ac omnes alii quos prefatus dominus Magister in Grabaw et ad nostri presenciam in negocijs terrarum suarum et suorum fratrum seu Ordinis subditorum, adherencium, coadiutorum duxerit destinandos liberam ueniendi et apud nos secure standi, morandi et recedendi, usque in Thorun cum omni familia Comitiua, sequacibus rebus equis pariter et personis ipsorum habeant facultatem et ualeant facta et negocia huiusmodi Ordinare disponere et tractare. Nos uero Wladislaus Rex predictus noster Regni nostri subditorum, adherencium et coadiutorum nostrorum omnibus nominibus et aduenarum, hospitum et alienigenarum ubicunque existencium ac aliorum quorumcunque omnes qui causa nostri facere uoluerunt et eorum qui facere uoluerint, saluum conductum nostrum et securitatem huiusmodi et alia omnia premissa que prefato magistro et ipsius prelatis preceptoribus, Consiliarijs, adherentibus et Coadiutoribus Concessimus promittimus, constanter, firmiter, et Inuiolabiliter bona fide, sine dolo, fraude et quocumque colore exquisito per que huiusmodi securitas et Conductus noster posset uiolari et Infringi, obseruare et tenere omnia autem et singula ac premissa a die data presencium usque ad duas septimanas continue sequentes s . . . Inclusiue robor obtinebunt constantis firmitatis. Datum in Brzesce Anno domini Millesimo quadringentesimo quarto decimo feria tercia proxima post dominicam misericordia domini.

Ad Relacionem domini Alberti Episcopi Cracouiensis. et Regni Polonie Cancellarii.

Copia salui Conductus.

III.

Annus 1414.

Rex Poloniae conqueritur omnibus ordinibus et incolis Prussiae de depredatione et occisione mercatorum suorum et aliis injuriis ab ordine sibi illatis.

Rok 1414.

Król polski żali się wszystkim stanom i mięszkańcom Prus o złupienie i zamordowanie kupców jego, jakoteż o inne krzywdy od zakonu ponoszone.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et haeres Russie et cet.

Uniuersis et singulis proceribus Nobilibus, Terrigenis et incolis terrarum Prussie, grate nobis dilectis. Nobiles, Strenui, grate nobis dilecti arbitramur nondum a uestra excidisse memoria querelarum nostrarum proposiciones pro Iniurijs dampnis et crudeli cede nostrorum mercatorum terris Prussie inhumaniter perpetrata. Quorum uobis de Magistro Cruciferorum et Ordine ipsius anno preterito factas, pro quibus nullam a uobis habuimus responsiuam. Qualiterque patentibus gwerris et prelijs terras nostras et nostrorum Coadiutorum inuasere ipsi nosset inenarabilium offensarum contumeliis nos grauarunt. Ac de inde Magistrum generalem Ordinis sui pro eo ut asserunt destituere curauerunt quod iniuste et nulla persuasi racione huiusmodi dampna Iniurias, offensas et contumelias nobis intulisset et gwerras mouisset importunas prout hoc ipsum eorum Convensione propria comperitur. Et proinde sperabamus nobis pro huiusmodi dampnis, iniurijs, offensis et cet. gwerris expensis et cet. ab ipsis satisfaccionem plenam confudisse quam numquam consequi potuimus. Tandem principes, prelatos, Barones Consilij nostri cum ipsorum Consulatu In Grabie posuimus et pro eis, que ab ipsis recepimus iniurijs, dampnis et ceteris aliquam equalitatem sorteremur. Ipsi autem multis diebus in tractatibus consumptis. Quamquam ad minima sicud nostri status requirebat condicio tunc nota descendimus nullum finem ab ipsis accepimus et amplius autumantes Magistrum generalem Ordinis modernum personali presencia ad aliquam posse equalitatem induxisse cum ipso in certo loco queri . . . . ubi nos iterum omni equalitate et qua nulla dari potuit

inferior contra uoluntatem principum, prelatorum, baronum et procerum nostrorum subiecimus. Et si hec ab ipsis uobis relata patuerunt, ingnoramus et ibi absque consulatu suo principali nullum fratrem uel aliquam concordiam habens in conceptu nos accessit. Absenciam nobis suorum Consiliariorum allegando postremo conuencionibus placitis et tractatibus huiusmodi conuolutis prestolamur ut aliquam nobis equalitatem obtulisset et ultra solitam in terris nostris Maioris Polonie moram duximus longiorem desiderantes iterum cum ipsis post festum sancti Johannis Babtiste proxime nunc preteritum duabus septimanis conuenire ut tunc saltim nobis equalitas aliqua ab ipsis quam omni desyderio suscipere uoluimus et uellemus occurrisset. Sed post tanta humilitatis auspicia numquam ab ipsis aliqua uota potuimus recipere. Ymmo nuper Aduocatis noue Marchie quibusdam nobilibus et regni nostri ciuibus struges lignorum more solito transfrettantes prioribus non obstantibus Iniurijs recepit sine causa que ad octogentas marcas uel citra se extendebant . pro quorum restitucione prefato Magistro generali cum multa scripsimus frequencia nec eorum restitucionem habere metuimus. Quocirca uniuersitatem uestram paternis hortamur affectibus quatenus praedictos magistrum generalem et ordinem cruciferorum velitis inducere et monere ut nobis pro iniuriis, damnis, offensis, displicenciis, sumptibus et cet. ac nostris coadiutoribus satisfacionem velint impartiri. — Datum in Lancicia die Sabbato in Crastino Petri et Pawli apostolorum beatorum. Anno domini Millesimo quadringentesimo quarto decimo. —

Ad relacionem Venerabilis domini Donyn sedis Apostolice prothonotarii et poloniae Vice Cancellarii. —

IV.

Annus 1414.

Rex Poloniae mittit salvum conductum Magno Commendatori, supremo Marschalco et nonnullis aliis commendatoribus ordinis.

Rok 1414.

Król polski posyła glejt Wielkiemu Kompturowi, wielkiemu Marszałkowi i kilku innym kompturom zakonu.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et haeres Russie et cet. Significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis. Quomodo ad instanciam Religiosorum fratrum Ordinis Cruciferorum de Prussia Magno Commendatori, suppremo Marschalco ipsorum Ordinis de helbing, Christburg. Balga. Brandburg et de Ostrorod Commendatoribus cum quinquaginta uel sexaginta equis Saluum conductum nostram presenciam accedendi et ab eadem recedendi saluis rebus et personis concessimus et concedimus, tenore presencium mediante. Ita tamen quod per Ciuitatem et Castrum de Nydburg non transeant uobis igitur uniuersis et singulis armorum gentibus hospitibus Exercituum nostrorum Capitaneis, Terrigenis, Nobilibus et quibusuis subditis nostris presentibus requirentes seriose percipientes mandamus, quatenus predictos Magnum Commendatorem suppremum Marschalcum helbyngensem, Christburgensem, Baldensem, Brandburgensem et de Ostrorode Commendatores ad nos et Exercitus nostros cum quinquaginta uel sexaginta equis ire et a nobis ad propria redire libere, secure, et sine quouisuis impedimento permittatis et permittere faciatis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum Datum in loco stacionis nostre Campestri prope Nydburg die penultima mensis Julij. Anno domini Millesimo quadringentesimo quarto decimo.

Ad relacionem Venerabilis dom. Donyn sedis Apostolice Prothonotarij Regni Polonie uice cancellarij.

V.

Annus 1414.

Rex Poloniae queritur de injuriis perpessis ab Ordine, durantibus induciis.

Rok 1414.

Król polski uskarza się na krzywdy od zakonu w czasie zawieszenia broni doznane.

Uniuersis et singulis principibus spiritualibus et secularibus ad quos presentes peruenerunt Wladislaus dei gracia Rex polonie littwanieque princeps supremus et heres Rusie et cet. salutem et perfectam in Christi amore caritatem, nobilibusque spectabilibus et famosis Baronibus proceribus militibus clientibus, Capitaneis, burg Grabiis, Tenutariis Castrorum Ciuitatum et fortaliciorum gubernatoribus Senatoribus consulibus, aduocatis magistris Ciuium Communitatibus et Rectoribus eorumdem Ceteris omnibus Christiane Religionis Cultoribus presentibus requirendis amice et beniuole grate nobis dilectis sinceris fauoris affectum et grate Complacencie firmitatem Reuerendissimi in Christo patres fautores praeclari et magnifici principes fratres nobilesque spectabiles ac famosi amici nobis sincere dilecti uniuersitatis uestre sepe memorie commendasse meminimus, Quod dum importabilibus dampnis, Iniurijs, depopulacionibus. offensis, contumelijs et oneribus que amplius nulla sufferre potuimus racione contra Cruciferos de Prussia a quibus numquam equalitatis Compendia habere potuimus quamquam Coram ipsius uestre uniuersitatis magnificencia ipsos pro eis Continua pulsauerimus frequencia Conuicti arma leuassemus et bello Commisso cum ipsis heu dolor egresso, ab altoque recepta uictoria omnes terras, dominia, Castra, Ciuitates et oppida ipsorum in brachio uirtutis dei recepimus et nostre subiecimus dicioni, moti tamen ad eos hijs uisceribus ne fides Christi aliqualiter uideretur nostris mocionibus decrescere, terras, castra et bona cum inumera multitudine captiuorum quos in publico ad uestre Captiuitatis mancipia receperamus qui pro sue

redempcionis Captiuitate infinite pecunie pollicebantur nobis dare quantitatem restituimus ex integro pacis nobis Commoda putantes sic mercare que semper cum fidei domestice quesiuimus et querimus incessanter. Tunc cum ipsis pacis fedus perpetue uix multis laboribus et Conatibus Contraximus omne tempore duraturum et iam nullius hostilitatis incessus ab ipsis nobis formidabamus imminere, Nichilque huiusmodi aliud inconceptu nisi pro incremento fidei orthodoxe ipsorum et aliorum Christianorum conquisitis subsidijs arma Infidelium et Inimicorum crucis Christi quibus undique dominia nostra sunt obsita in uirtute dei exercituum conculcare. Sicque militando reliquo uite nostre in domino uoluimus feliciter et prospere terminare. Sed audite quesumus audite qualiter uiam propositi nostri precluserunt qui tam salubris operis exercicia in nobis labe corrupti nam die (?) despexerunt. Nam continuo post contracta pacis federa que ipsi nec seruare inceperat durioribus persecucionibus, obprobrijs et Contumelijs quam ante nos et Regnum nostrum lacessere temptauerunt. Tunc terras nostras et bona Regni nostri et nostrorum Confederatorum publicis incendijs, uastacionibus, spolijs, depopulacionibus et angustiis inenarrabilibus sub extensis bannerijs affecerunt. Tunc mercatores nostros qui in spem pacis huiusmodi quam semper credebant duraturam ad terras ipsorum cum mercancijs et rebus uenalibus negociantes uel quacumque alia caussa tociens quociens transiuerunt inhumana crudelitate simul et Coniuges ipsorum que ipsos sunt Comitate et infantes adhuc ad ipsarum pendentes ubera perimerunt sed et alias feminas nobiles delicati sexus et matronas peregre proficiscentes ad sacras edes et sanctorum limina qui in ipsorum terris dicuntur miracula corruscare, quod pudet referre et dolor est reminisci ab usu fedatos uenereo alias in undis submerserunt, alias truncauerunt ceruicibus et alijs uarijs tormentis deficere coegerunt. Ostupendum potentum et crudele exicium quod omnem modum excedunt ad seruciem (?) et nulla equata tyrannidi poterunt respondere legite Conografos et gesta que uetustas trans secuta commemorat usque ad huius aetatis tempora non inuenietis quis unquam tanta ab honoracione in Christi fidelibus deseuisset Et licet hijs et alijs Iniurijs cottidie fatigaremur ab eisdem tamen cedes et sangwinis Christiani profluuia nimium abhorrentes uoluimus ea benignitatis nostre paciencia moderare. Et sepe per litteras nostras et nunccios ipsos hortabamur ut pacis Confecte et tanta soliditate firmate recolentes desisterent nos prosequi et equalitatem pro illibatis nobis Iniuriis et cet. largirentur. Sed nusquam ab eis habere potuimus responsiuam . uerum semper nobis insultantis que peyora potuerunt nobis et regno Principibus et Coadiutoribus nostris tunc et post conuenciones et terminos placi-

torum que cum ipsis post festum pasche seruauimus irrogarunt et quamuis perinde magistrum generalem ordinis de se deposuisse fateantur, Tamen nobis et nostris subditis et Coadiutoribus pro eis que nobis intulerunt nullam equalitatem aut satisfaccionem aduertunt exhibere. Concurrit igitur ad nos nostra Baronia, milicia et tota Regni Communitas hortantes et monentes nos ut exuta pusillaritate et inercia ad propulsandum tot mala, tot causas, tot ruinas, tot exicia uirilem animum recipere et ad arma Consurgere dignaremur. Quorum tumultum non ualentes sustinere et iam nobis et Regno nostro extrema contemplandum imminere, dispendia Incepimus contra ipsos nos armare. Quod ut serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum et Ungarie Rex frater noster charissimus intellexit cum magna Instancia nos petiuit ut arma deponere et sue decisioni arbitrio, discussioni que inter nos et dictos Cruciferos gerebantur euellere Committere. Cuius peticionibus desiderande pacis gaudere dulcedine illico consensimus et pro omnibus displicencijs, rancoribus et offensis, dampnis uastacionibus, depopulacionibus et cet. de alto et basso in ipsum Compromissimus et duorum annorum arbitrandi et decidendi tempus sibi Concessimus per formam debiti et promissi. Sed tunc sacri Romani Imperij et rei publice occupatus negocijs et non ualens Cognicioni cause huiusmodi intendere Venerabilem Magistrum Benedictum de Macra utriusque iuris licenciatum nobis Iudicem et subarbitrum deputauit qui onus sic impositum suscipiens accessit partes nostras ut rem subiceret oculis et melius super eis possit arbitrari. Incepit metas grenicies, terras, dominia Regni nostri et Ordinis Cruciferorum dampna, Iniurias et cet. pro quibus a predicto domino Sigismundo arbitro principali arbitrandi, iudicandi et faciendi que et ipso potuisset facere recepit potestatem examinare testes et probaciones opportunas recipere et alias iuris processum debitum obseruare. Cuius mandatis processibus et execucionibus quamuis sepe grauaremur ne ab arbitrio et a uia pacis uideamur declinare humiliter paruimus. Quibus ipsi Cruciferi alias pertinaciter obedire Contempserunt, ymmo sepe minas sibi ingesserunt prout hoc ipsum idem Benedictus publice Coram uobis suis litteris patentibus est Confessus. Quod autem et quantis uicibus nos regnum nostrum et Coadiutores nostros pendente Compromisso et causa huiusmodi turbauerunt longo Contextu litterarum non possent explicari pro quorum quilibet seorsum non indigne contra ipsos manum nostram leuassemus. Tamen excelsiori desiderio pacem prosequentes et sperantes per uiam amicabilem Concordie facilius pro rigore Juris, quo sopita negocia rancores contendencium raro a corde euellere consueuerunt nostrum et ipsorum Consulatum ad certum locum Comportauimus cum magnis

sumptibus studijs et expensis ut per ipsos premissa sopirentur et ibi ad infima descendentes minimis uoluimus contentari quamuis multo plura et maiora nobis ex sentencia arbitrali si ipsum promulgatum Contigisset prout ex preductis nostris percipere potuimus prouenissent. Ipsi autem spreti nostre oblacionis mansuetudine nullo fine nobiscum habito inpertinaci superbia de loco Conuencionis recesserunt. Sed tunc autumantes propriis colloquiis magistrum generalem ipsorum ad pacis equalitatem potuisse imitare personaliter cum ipso Conuenimus et ibi nos ad omnem minus sibi obtulimus. Sed nec per hoc proficere potuimus quominus ipse magister tante humilitatis deuocionem in nobis perimpendens de intencione nostra informatus et expertus habende nos in derisum nulla nobiscum recepta Conclusione propere ad propria se recepit. Sicque frustra labores et studia protulimus cum per eam nullam equalitatem uel iusticiam potuimus reportare. Et Ecce prefatus dominus Sigismundus a sua procul agens patria causam nostram et cet. sub arbitris uidelicet Archiepiscopo Stragoniensi et Nycolao de Gara palatino Regni Ungarie premissis prepeditis negocijs delegauit in qua ipsi aliquibus prosecutis et continuati actibus tandem relinquerunt indecisam et terminus compromissi sub certo tempore limitatis exspirauit Cuius cause decisioni sub magnis dispendijs et turbacionibus que ab ipsis Cruciferis sumus passi Byennio expectauimus Et quid amplius restat nobis faciendum quanta difficultate perplectimur ipsi nostis cum Justicia nobis defecit et nostre nos moniciones, hortamenta et requisiciones tociens ipsis incultata ron supportant. Cum semper ipsi Cruciferi non cessant nos turbare et ad bella prouocare. Nuper enim iam placitis Conuencionibus et tractatibus predictis deductis nouiter nobilibus et Ciuibus Regni nostri struges lignorum infra fluitantes sub spe pacis receperunt et suis usibus applicarunt, pro quibus et alijs premissis moniti per nostram maiestatem nullam nobis facere uoluerunt responsiuam neque uoluerunt, ymmo bella nobis Comminantur et de diuersis Regionibus contra nos conduxerunt et Conducunt gentes plurimas armatorum quorum insultus cottidie de die in diem expectamus. Ex quo igitur nullis persuasionibus ad equalitatem quam parati essemus, recipere poterunt inclinare. Si aliis modis pacem et equalitatem invitos et his nos cogentibus querere oporteat, petimus non imputet vestra sinceritas gloriosa. Sed potius justitiae nostre quam fovemus praestante altissimo sinceriter subveniant honoribus vobis subiectis et aliis fidei catholice cultoribus prohibendo ut eorum ad subsidia transferre non praesumant et si nos quis coram vestra Sinceritatę insanis detractionibus accusare voluerit, fidem et subtrahere velitis creditivam nam semper propria crimina in nostram retorquent Majestatem, que

ex premissis Concipite et pro vanis ac falsis reputatis et tamquam veri zelatores justitie et amatores aequitatis. Datum in Lancicia XIII. mensis Juliy, Anno Domini Milesimo quadringentesimo decimo quarto.

VI.

Annus 1414.

Johannes Comes Palatinus Rheni et Bavariae dux dissuadet regi Poloniae invasionem Prussiae et rogat eum, ut causam suam contra ordinem concilio Constanciensi ad disjudicandum mittat.

Rok 1414.

Jan wojewoda reński, książę bawarski odradza królowi polskiemu napaść na Prusy i prosi go, aby sprawę swoję przeciw zakonowi do rozsądzenia na sobor konstancyeński posłał.

Serenissimo ac Gloriosissimo Principi et domino domino Wladislao Regi Polonie Litwanieque Principi supremo et heredi Russie etc. domino nostro singulari.

Gloriosissime princeps et domine graciose, Post obsequiosam voluntatem sincere dilectionis vinculum prelibatum. venit hiis diebus ad presenciam nostram venerabilis et Religiosus dominus Conradus de Eglofstein Magister ordinis beate Marie Theutonicorum per Alamanie et Italie partes amicus noster singularis, et nobis significare curauit a certo se recepisse quod vestra majestas dicti ordinis terras atque loca in Pruscia hostiliter insultare conetur vltra et contra vires concordie dudum inter eandem vestram majestatem et dictum ordinem preconcepte pariter et firmate, cui vt asseruit ordo prelibatus hactenus quantum in ipso erat realiter satisfecit et amplius coram nobis obtulit ordinem antedictum Quod si in aliquo vestra serenitas contra cum causam habere pretenderet, eidem paratus esset de justicia responsurus, Requisiuit que nos quatenus in et super premis-

sis sibi ac dicto ordini consulere et justiciam pro eo vestre celsitudini offerre dignaremur, Cum autem dictus ordo ad laudem et gloriam nostri redemptoris ac in protectionem et tuicionem fidei orthodoxe magnifice sit erectus, et multis personis nobilibus et virtuosis insignitus qui etiam principaliter sub defensione Sacri Romani Imperii et excellentissimi principis et domini domini Sigismundi Romanorum Regis semper Augusti domini nostri graciosi consistere dignoscitur, et nedum ad eundem dominum nostrum Romanorum Regem verum eciam ad quempiam credimus christicolam pertinere dictum ordinem possetenus in suis juribus confouere, Quare attente vestram rogamus celsitudinem, quatenus dei omnipotentis sacri imperii atque nostri contemplacione, hujusmodi vestras insultandi conatus restringere nec dictum ordinem in aliquo molestare velitis Et si celsitudini vestre videbitur contra ipsum ordinem sibi actionem competere quoquomodo, poterit suos sufficientes procuratores atque nunccios destinare ad Ciuitatem Constancieñ. in Magutin. prouincia constitutum, que quidem nedum pro generali concilio inibi celebrandum, quinymmo per prefatum dominum nostrum Regem Romanorum pro communi suo parlamento est deputata In quo vnacum sacri Romani Imperii Electoribus ceterisque principibus circa reformacionem ipsius prouida diligentia vigilabit et nos dante domino operam dabimus nobis possibilem, vt prefatus dominus noster Rex Romanorum atque principes illic confluentes huiusmodi vestris nunciis exhibeant audienciam graciosam Speramus enim quod si taliter destinabitis ad locum antedictum in festo omnium Sanctorum proxime venturo controuersia huiusmodi inter vos et dictum ordinem possit absque litis anfractu in amicicie vinculo laudabiliter terminari, et ad optatam finem perduci Super hiis autem per presentem nuncium vestre majestatis responsum petimus graciosum Quam Rex Regum diues in omnes felicibus semper auspiciis dignetur incolumen conseruare. Datum Confluentia Anno domini M°. CCCCXIIII. decima quinta die mensis Augusti.

Johannes dei gracia Comes palatinus
Reni et Bauarie dux etc.

VII.

Annus 1414.

Vladislaus et Witowdus declarant, se paratos esse ad ineundas inducias cum magistro generali Michaele Kuchmeister.

Rok 1414.

Władysław i Witołd oświadczają, że zawrzą zawieszenie broni z wielkim Mistrzem Michałem Kuchmeister.

Nos Wladislaus Rex Polonie Lithuanieque princeps suppremus et heres Russye et cetera et Alexander alias Vythowdus eadem gracia Magnus Dux Lythuanie. Significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis; Quomodo ob reuerenciam omnipotentis Dei et ad honorem sanctissimi in Christo patris ac domini domini Johannis Pape vigesimi tercii domini nostri graciosissimi nec non ad beneplacitum Serenissimi Principis domini Sigismundi Romanorum Regis semper Augusti et Hungarie, Dalmacie, Croacie et cet Regis fratris nostri carissimi. Ex parte sanctissimi in Christo patris domini nostri pape predicti per uenerabilem in Christo patrem dominum Gwillerum Episcopum Lausanensem officium Camerariatus gerentem et Nunccium ipsius domini nostri pape. Ex parte autem Serenissimi principis domini Regis Romanorum predicti per litteras, sollicite requisiti cogitantes ea que pacis sunt et non afflicionis. Et hoc specialiter ponderantes quod non potest bene coli nisi in pace Autorpacis, Interceptis omnium gwerrarum turbinibus inter nos, coadiutores subditos et terras nostras et nostrorum ab una et Religiosum Michaelem Cuchmeyster Ordinis beate Marie domus Theutonicorum de Prussia Magistrum generalem et Ordinem ipsius Coadiutores, subditos et terras eorum parte ex altera currentibus, Treugaspacis sine omni dolo et fraude sub fide ac honore ac Christianice et inuiolabiliter obseruandas a die date presencium usque ad festum Natiuitatis beate Marie virginis proxime futurum et a dicto festo dicte Marie uirginis usque ad aliud festum Natiuitatis eiusdem beate uirginis proxime sequuturum inclusiue Anno reuoluto. Statuimus, firmauimus, Ordinauimus et firmamus, ordinamus et roboramus tenore presencium mediante Quibusquidem Treugispacis durantibus et

stantibus seu pendentibus ut promittitur fide Christianica obseruandis federa unionis perpetue inter nos ex utraque parte per amicabilem composicionem amputatis quibuslibet strepitibus iurgiorum per prefatos uidelicet Sanctissimum in Christo Patrem dominum nostrum papam et Excellentissimum Principem dominum Sigismundum Regem Romanorum aut alterum ipsorum uel sacrum Concilium aut eciam per quoscumque alios Principes Spirituales uel seculares in quem uel in quos partes conuenient ad Concilium in Constancia de Mense Nouembre in proximo celebrandum, venturi ibidem in Concilio aut preter Concilium queri debent et tractari. Et ut predicte Treugepacis firmius et stabilius valeant tenere. Nos dei gracia Johannes senior et Semouitus Duces Mazouie Nicolaus sancte Gneznensis Ecclesie Archiepiscopus, Andres Lascary clericus poznaniensis, Sandcziwogius de Ostrorog Poznaniensis, Johannes de Tarnow Cracouiensis Nicolaus de Michalow Sandomiriensis, Mathias de Wanszosche kalisiensis Pallatini, Johannes de Tholiscow Castellanus kalisien. et Petrus Schaffranecz subcammerarius Cracouiensis, Principes, Prelati et Barones, Consiliarij predictorum dominorum Regis et ducis promittimus bona fide sine dolo et fraude quod ipsas treugas prefati Domini, Rex ac Dux ac ipsorum Coadiutores in omnibus ipsarum articulis, clausulis et condicionibus firmiter inuiolabiliter et fideliter obseruabunt. Harum quibus sigilla predictorum dominorum nostrorum et nostra presentibus sunt appensa testimonio litterarum. Datum in loco stacionis nostre Campestris ante Castrum Strosberg in terris Prussye dei Septima Mensis Octobris, Anno domini millesimo quadringentesimo quarto decimo.

VIII.

Annus 1414.

Articuli concludendae pacis inter regem Poloniae et magistrum generalem Michaelem Kuchmeister.

Rok 1414.

Artykuły zawrzeć się mającego pokoju pomiędzy królem polskim a Michałem Kuchmeister, mistrzem wielkim.

Dis sint die Artikel in den fredstagen durch den erwirdigen in christo vatir Bischoff zu Lausan gesatzt vnd bestetiget zwischen den Allirdurchluchtigsten Fursten Herren Wladislaw konig czu Polan vnd Alexander anders Vitoud Grosefursten czu Littaw vnd ire Metehelfer vnd vndirsasen an eyme teile vnd dem Herren Michil Kochmeister Homeister der Crucziger seynem orden vnd metehelfern am andern teile czu haldene.

Czum ersten vnd czu allervordirste das alle Metehelfer des Herren konigs vnd Herczog Witouds die vmb kurcze wille nicht vsgedruckt sint in dem Brieffe der frede tage, nu vsgedruckt vnd namelich sullen ingeslossen werden, den fredetagen in dem brieffe des vorgenannten Herrn Bischoffs vnd Legaten. welchir namen hir beschreben steen. Czum ersten der Marggroue von Mysen, Johannes vnd Semouitus vnd ire Sone in der Maze Boguslaus von der Stolpe Johannes von Ratibor Bulko zu Tesschen, Bernhard czu Oppil Conrad czur Olsen, Herczogin, Auch die Fursten vam Zagen vnd des von Briege Son, deser Artikel steet sunder das her vorclaret werde von dem Marggrafen von Meysen. —

Item Heinrich von Plauwen der abegesaczte Meister das der vs dem gefengnisse werde gelassen vnd im wedirgegeben werde was im genommen ist . vnd czu seynen lebetagen benumt durch den ganczen orden, Hiruff saget man neyn vorclarende die sache.

Item der Erzbischof vnd die Bischofe von Leslau vnd von Ploczke das den ire guter wedir gegeben werden, went sie noch mit rechtis Streitis noch mit anderm rechte durch die Cruczīger mogen besaczt werden, Desser Artikel

wird vfgeczogen bis czu dem vssproche des Concilii adir czu andir fruntlicher vorrichtunge der Hauptsache. —

Item das den die von dem Reiche zu dem Concilio czien sullen vorbeseen werde von eyme sichirn geleite, das sie nicht von den Brudern des ordens oder iren Metehelfern vnd frunden werden gehindert, desser Artikel sal gescheen ab ymand kompt der den geleitsbrieff wirdt heischen.

Item sal gescheen eine wedergebunge allen andern allir vmbeweglicher besitzunge bey der inhaldunge des vssprochs des Herren Romischen konigs, desser Artikel sal gescheen vnschedlich den rechten der gewonheit des landes Also doch das auch dem teile des ordens geschee eyne someliche Wedirgebunge irer güter.

Dis sint die Artikel des ordens

Czum ersten vnd czu allervorderst, das alle Metehelfer des Herren Homeister vnd seines Ordens von prusen vnd des Meisters von dutschen landen der Meister von leifland Herr Conrad Bonau, als eyn vorweser des Bisschthums zu Camyn mit samt allen desselben Bischthums, beyde des Bischoffs vnd des Capitels gutern und alle ire metehelfer sullen ingeslossen werden in die fredetage in dem Briefe des Herrn Bischofs von Lasan Legaten obgenannt.

Item das das haus Jessenicz dem orden wedirgegeben werden Ab sie das wedirsprechen, so sal man von en heischen, das keyn nuwe Baw, vf demselben Huse gebauwet werde, von dem leibe des Herren konigs, Auch das keyn schade den luthen vnd den landen von prussen getan werde von demselben Huse. —

Item das offenbare Strasen vnd Wege frei sicher sullen seyn, also das kauffluthe vnd igliche ander luthe beider teile czien vnd wedirczien mogen sicher in iren gescheften vnd iren kauffmanschatz vben nach alder gewonheit vnd das von dem Herren Konige vnd dem Homeister mit offenen Brieffen vnd angehangenden Ingesigeln werden bestetiget.

Item ab der Herre konig welde halden in seynen landen vffhelder der luthe, die do czogen in irem gescheftnisse das dieselben vffhelder alleyne ire luthe vnd vndirsassen und nicht die luthe des ordens und das sie ire luthe vffhalden sullen bynnen den Grenicze̊n des Herrn konigs vnd nicht in den landen des ordens.

Item das die Houptluthe vnd alle andere Amptluthe des Herrn konigs nicht hegen sullen in irer beschirmunge sulche Luthe die den luthen von Prussen schaden thun, vnd ab etzliche vs dem laude zu Polen adir andirswoe den luthen von

prusen schaden theten, das solche beschediger wenn das geheischen wird von den Houptluthen oder Amtluthen des Herrn konigs gepeinigt werden vnd gerichtet, vnd in derselben weise sal gescheen gerechtikeit vnd gerichte des Herrn konigs luthen im lande zu prusen wenn das geheischen wird von den luthen des Herrn konigs, vnd das die Bruder des ordens von prusen die do vorpflochtig sint vnd entreyten von dem Herren konige Herczoge Widoude oder iren metehelfern nyndert sullen gehegt werden, Sunder das sie solche vorlaufene Bruder ab sie die bei en haben oder haben werden irem orden weder antworten sullen. —

Item das gemeyne gefangene luthe als gebauwer Weybisnamen vnd Kinder von beiden theilen frei gelassen werden, also ab die gefangen bleiben wollen in den landen. dorynne sie itzunt sint das mogen sie thun, Wolden sie auch wedir heym czien das sol man en gunnen vnd der Homeister sal seinen fleiss thun czu der gefangenen loczunge in Leiffland.

Item sol man bynnen kurz einen tag vorramen zu halden vmb die andern gefangen als vmb Edelinge Ritter vnd knechte vnd andere merkliche personen von beiden teilen gefangen das die gelost werden, ader czu eyner Zeit vff die Hand gelassen.

Item das den bothen von prusen, die czu dem Concilio czien sullen eyn sicher geleite gegeben werden vf das sie nicht von des Konigs luthen adir iren Metehelfern werden gehindert.

Item das die Inwoner des Landes zu Prusen die do schuldiger haben in den landen des Herrn Konigs vnd Herczog Witouds, ire schulde von en heischen vnd fordern mogen mit rechte vnd gerichte, vnd sie vfhalden mit gerichte an allen Steten wo sie sie begreifen. —

Caput IX.

Acta diplomatica regnante Vladislao de anno 1415–16.

Rozdział IX.

Akta dyplomatyczne za panowania Władysława od roku 1415–16.

I.

Annus 1415.

Rex Poloniae permittit subditis suis durantibus induciis ligna et cinerem Vistula, Memela et aliis fluminibus introducere.

Rok 1415.

Król polski pozwala poddanym swoim w czasie rozejmu drzewo, popioł, Wisłą, Niemnem i innemi rzekami wprowadzać.

Nos Wladislaus dei gratia Rex Polonie, Litwanieque princeps Supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit vniversis presentibus et futuris noticiam presencium habituris, Quomodo licet circa ordinacionem et contractum in Raczans Per Barones nostros, et ordinis theutunicorum de Prussia Consiliarios nostra et nostrorum ac ejusdem Magistri ordinis et

consiliariorum eius sciencia et consensu accedentibus, facta de Strugibus, que per Wislam, Memlam, et quecunque alia flumina et aquas per Regnum nostrum Polonie et Terras litwanie et Russie ad terras ordinis defluentes transfretari consweuerunt tractari et concludi sit obmissum Tamen defectum huius negligentie supplere volentes omnibus incolis regni nostri et subditis cum cineribus et lignis cuiuslibet generis ac Strugibus et Palustris ad terras ordinis prefati per aquam et terram ipsa deducendi saluis Juribus nostris Plenam et omnimodam tenore presencium concedimus libertatem durantibus Treugispacis inter nos Magistrum et ordinem predictum nostrosque Coadiutores Subditos et adherentes et ipsius ordinis ante Strasperg ordinatis et contractis. Ita tamen quod homines ordinis et Subditi per Regnum nostrum Polonie et terras litwanie et Russie transfretantes viceuersa equali ut prefertur gaudeant libertate harum quibus Sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum, Actum et Datum in Ciuitate nostra Leopoli in dominica Ramispalmarum Anno domini M°. CCCC°. XV°.

II.

Annus 1415.

Vladislaus rex Poloniae scribit magistro generali Michaeli Kuchmeister, se de injuriis, quae capitanei poloni ordini pertraverint, certiorem factum esse, sed et Ordinem multis damnis Polonos afficere.

Rok 1415.

Władysław król polski, pisze mistrzowi wielkiemu, Michałowi Kuchmeister, że wprawdzie uwiadomionym został o krzywdach, które starostowie polscy zakonowi wyrządzili, lecz i zakon wiele szkód Polakom uczynił.

Venerabili et Religioso domino Michaeli Cuchmeister ordinis sancte Marie domus Theutunicorum de Prussia Magistro generali Amico nostro. —

Wladislaus dei gracia Rex Polonie lyttwanieque Princeps Supremus et heres Russie etc. —

Venerabilis et Religiose amice noster litteras vestras pridie nobis portatas recepimus, ex quarum tenore ad scripta nostra istud habuimus pro responso, quod v. s. Treugas inter nos ordinatas vellet firmiter obseruare quod ad placitum nobis cedit pro eo quod de fame illius exquisite notitia an prout alias scripsimus apponere noluimus aures nostras facti sumus vestrarum significacione litterarum cerciores de hoc autem quod in litteris vestris subiungitis qualiter Capitanei et officiales nostri pendentibus inter nos treugarum induciis magnas vobis injurias irrogarent, Ignoramus qualiter sit cum similiter Capitanei et Officiales nostri intollerabiles Iniurias a vestris se asserunt sustinere et de eis coram nobis continue querulantur Sed quem huius culpe contagium commitetur per se ipsum agnoscatis cum in possessione villarum Murinon Orlow et Nowawess que usque ad declarationem Concillii ex tractatibus inter nostros Consiliarios mutuo obseruatis ad nos debuerat atque debet pertinere per vos et vestros impedimur et turbamur et Subditi nostri qui in vestre captiuitatis mancipia ceciderunt ad promissa ipsorum vt est moris bellatorum quo nos circa subditos vestros in nostre captiuitatis mancipiis existentes vsi sumus non mittuntur quinymmo non obstante quod pro eisdem Barones et Consiliarii nostri promittere voluerunt diris constricti vinculis miserabiliter et impie prout multorum relatione informamur detinentur captiuati. Datum in loco venacionis nostre Dobrestanie, Quatuor temporum feria quarta proxima post festum exaltationis sancte crucis Anno etc. — XV°. —

Ad relationem venerabilis domini Donyn Sedis Apostolice prothonotarii Decani Cracouień. Regni Polonie vicecancellar.

III.

Annus 1416.

Rex Poloniae mittit magistro generali salvum conductum optatum ab Henrico Hold commendatore Dantiscano.

Rok 1416.

Król polski posela wielkiemu mistrzowi glejt, ktorego sobie życzył Henryk Hold, komptur gdański.

Venerabili Michaeli Cochmeister Ordinis Thewtonicorum de Prussia Magistro generali amico nobis grato. —

Wladislaus dei gratia Rex Polonie lythwanieque Princeps Supremus et heres Russie etc. —

Venerabilis amice noster Scribitis nobis qualiter cum responsione Legacionis nostre quam vobis per Nobilem Johannem de Sternberg Cubicularium et familiarem nostrum feceramus et aliquibus aliis intencionibus Mentis vestre venerabilem henricum Hold comendatorem in Dauczk ad nos in Lythwaniam dirigere decreuistis desiderantes ut eidem Salwi conductus nostri litteram in Rastemburg dirigamus quamquam autem absque cujuslibet Salwiconductus littera secure nostram accedere presentiam potuisset prout alias inter nos et Ordinem consuetudo tenebatur Nichilominus tamen iuxta desideria vestra Salwumconductum huiusmodi Sibi dirigimus in presenti cum speciali littera nostra per quam informatus redditur quod nos in propinquo circa Troky deberet invenire Sed quia audimus qualiter permissione diuina aura pestilentia in Prussia et signanter in ciuitate Gdaneū. hoc tempore viguisset et vigeret depresenti rogamus quod nullus ex illo aere infecto in ipsius henrici Commendatoris comitiua Terras lythwanie introire permittatur ne hic pestilencie morbus qui contagiosus est aput nos etiam invalescat ostensuri nobis in eo complacentiam specialem. Datum in Curianowa Waranii (?) feria quarta infra octavas Epiphanie Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexto decimo. —

Ad mandatum domini Regis Sbigneus de Olessnicza scolasticus Sandomiriensis aule regie prothonotarius.

IV.

Annus 1416.

Declaratio Regis Romanorum, delegatos regis Poloniae et magni ducis Witowdi ex una, et delegatos magistri generalis Michaelis Kuchmeister de Sternberg ex altera parte, inducias ad tempus unius anni prolongavisse.

Rok 1416.

Deklaracya króla rzymskiego, iż delegowani króla polskiego i wielkiego Księcia Witołda z jednej strony, a delegowani mistrza wielkiego Michała Kuchmeister de Sternberg z drugiej strony, zawieszenie broni aż do roku przedłużyli.

Sigismundus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie dalmacie Croacie etc. Rex. Notum facimus tenore presentium ad futuram rei memoriam, Ex diuina leccione tenentes quod pulcri sunt pedes ewangelizantium pacem ewangelizancium bona Nosque qui totis viribus exaltationem et pacem christifidelium appetimus ymmo laboribus assiduis querimus et totis visceribus exceptamus ex nostra interuentione et Induccione studiosa et eciam carissimi fratris nostri Serenissimi principis Karoli regis francorum partes infrascripte videlicet Reuerendissimus in christo pater Nicolaus Archiepiscopus Gnesneñ Nobiles et spectabiles milites Johannes de Tholissckow Castellanus Kalisieñ. et Janissius niger de Garbow oratores nuncii et procuratores Illustrissimorum principum Wladislai Regis Polonie et Allexandri alias Witaudi magni ducis litwanie, pro una parte Nec non Venerabiles et religiosi viri fratres Johannes de zelbach Comendator in Thorun, Marquardus de Kungseck prouincialis per Elsaciam ordinis beate Marie Theutunicorum et Caspar Scheuhenpflug Canonicus Warmien. Religiosi et venerabilis viri fratris Michaelis Kucheumeister Generalis magistri et ordinis iam dicti Oratores et nuncii procuratores pro alia parte specialiter et expresse, conuenerunt adinuicem prorogare treugas initas de anno domini Millesimo Quadringentesimo Quarto decimo inter dictos principes et eosdem magistrum et ordinem ante opidum Strasburg siue Brodnicza et ita easdem treugas ex nostra induccione pro bono pacis concorditer prorogarunt a fine earundem scilicet, a festo natiuitatis beate marie virginis proxime futuris

usque ad festum beate Margarethe, de mense Julii ex tunc proxime futuris et sub eisdem forma capitulis clausulis condicionibus obligacionibus et penis sub quibus tunc inite et conscripte fuerunt et prout in litteris earundem treugarum superinde confectis expresse continetur. Quarum continencias volumus presentibus nostris litteris habere prosufficienter expressis et insertis Ita tamen quod liceat interim cuilibet parcium predictarum coram sacro generali concilio ad objecta et obicienda ex aduerso respondere ad expurgandam famam suam et Innocentiam declarare et eciam reformacionem alterius partis hinc inde petere et presertim super violacione treugarum iuxta proposita in eodem sacro concilio et etiam proponenda Huic autem treugarum prorogacioni nos una cum prefato Serenissimo fratre nostro karolo Rege francorum libenter et studiose interposuimus partes nostras et circa procuratores parcium curam apposuimus diligentem, videntes scandala et pericula grauia que possent ex aggressione hostili et bellorum continuacione in christianitate verisimiliter exoriri, vt medio tempore diuina nobis clemencia suffragante, mediante consilio et auxilio sacri generalis Concilii uel futuri Summipontificis circa extirpacionem huiusmodi bellorum, ac dissensionum materias quaslibet, pacis perpetue stabilimentum liberius vacare possimus ac inter partes huiusmodi fructuosius laborare, Presencium sub nostre majestatis Sigilli appensione testimonio litterarum. Datum Parisiis (?) anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexto decimo Sexto die aprilis Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. vicesimo nono Roman. electionis sexto Coronationis vero Secundo. —

V.

Annus 1416.

Vladislaus, rex Poloniae, mittit magistro generali instrumentum concludendae pacis.

Rok 1416.

Władyslaw, król polski, posela mistrzowi wielkiemu instrument zawrzeć się mającego pokoju.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie littwanieque princeps supremus et heres Russie et cet.

Venerabilis amice noster litteris uestris quas hodie recepimus a nostra Maiestate securitatem et saluum conductum fratri Comendatori Nyeschouiensi ad nos ueniendi requiritis quem ad nostre Maiestatis presenciam cum alijs nunciis uestris uidelicet Comendatore Gneuense et Magistro Ciuium Thorunense qui a nobis iam securitatem ueniendi receperunt dirigere concepistis grato animo Ipsum ad securitatem et Conductum nuncciorum predictorum recepimus et litteras securitatis in personam ipsius scriptas synceritati uestrae dirigimus. Nam et in Maioribus que possibilitatis sustinent racionem uotis uestris occurrere nollemus dedignari. Ceterum amice care contra Commendatorem dauensem synceritati uestrae per querelam deponimus quod licet apud nos in littwania personaliter constitutus falcones nobis dirigere promisisset, hactenus non direxit ad tempora presentia et loca aucupacionibus congrua prout more nostre atque apta. Ideo synceritatem uestram petimus quatenus Ipsum uelitis adhortari ut priusquam tempora pretereant ab aucupacione habilia et ad loca ineptiora descendamus quos nobis promisit falcones non differat destinare . litteram quam sibi scripsimus pro eisdem placeat per aliquem nuncium eidem deferre presentandum. Datum in Radzeiiow feria sexta ipso die Philippi et Jacobi apostolorum. Anno domini etc. sexto decimo.

Ad relacionem Sbignei de Oleschnicza Scolastici Sandomiriensis aule regie prothonotarii. —

Venerabili domino Michaeli Kochmeyster ordinis Sancte Mariae et cet. domus Theutonicorum de Prussia Magistro generali amico nostro et cet. —

VI.

Annus 1416.

Vladislaus, rex Poloniae, poscit a magistro generali Michaele Kuchmeister, ut in litteris pacis Zlotoriae factae omissos titulos Magni ducis Lithuaniae et magistri generalis adimpleat.

Rok 1416.

Władysław król polski żąda od mistrza wielkiego Michała Kuchmeistra, aby w instrumencie pokoju zawartego w Złotoryi opuszczone tytuły wielkiego księcia litewskiego i mistrza wielkiego dopełnił.

Venerabili et Religioso domino Michaeli Kuchmeyster domus Theutonicorum de Prussya Magistro generali amico nostro dilecto. —

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lythwanieque Princeps supremus et heres Russye etc.

Venerabilis et Religiose domine Amice noster dilecte, Quia in copia litterarum . . . . festo sancte Margarethe in Zlotoria presentandarum pridie in Thorun venerabili lodwico de Lonze comendatori Thorunen. per Johannem de Wywla Aule nostre Notarium fidelem litteris nostris vobis scriptis interclusa cum eisdem litteris nostris exhibita et oblata per ipsum vobis dirigenda, obmissa est specificacio nominis preclari principis domini Allexandri Magni ducis lythwanie fratris carissimi scilicet ista alias Wytowdus in litteris quoque vestris sigillis quinque fideiussorum in ipsis contentorum communitis per predictum Johannem nobis heri

allatis obmittitur in tytulo vestro ista diccio de Prussya Ideo amiciciam vestram presentis auizantes premunimus quatenus in litteris vestris super Treugispacis nuper initis confectis, in festo sancte Margarethe proximi in Zlotoria reponendis predictos defectus videlicet in tytulo prefati domini Allexandri Magni ducis etc. fratris nostri carissimi istas dictiones alias Wytowdus et in tytulo vestro istam dictionem de Prussya suppleri et describi faciatis quia in nostris litteris taliter tytuli predicti continentur et littere nostre et vestre in verbis et tytulis concordare debent ambe. Datum Gnezne feria sexta infra Octauas Pentecostes Anno domini etc. decimo sexto.

Ad relacionem venerabilis domini Donyn sedis Apostolice Prothonotarii decani Cracouień. et Regni Polonie Vicecancellarii.

P. S.

Item venerabilis Amice noster Si illa diccio de Prussya non est de essencia tytuli vestri extunc poterit in littera predicta obmitti, Si vero esset essencialis extunc nullatenus obmittatur. —

VII.

Annus 1416.

Vladislaus rex Poloniae et Vitowdus promittunt, se observaturos esse inducias ad Strasburgum cum ordine initas et prolongatas.

Rok 1416.

Władysław król polski i Witołd przyrzekają, że dotrzymają zawieszenia broni pod Brodnicą z zakonem zawartego i przedłużonego.

Wladislaus Dei gratia Rex Polonie, Lythuanieque princeps suppremus et heres Russie et cetera et Alexander alias Vythowdus Magnus Dux Lithuanie et cetera Significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis, Quomodo

relacione quorumdam indicante accepimus Treugaspacis inter nos, Regnum nostrum subditos et Coadiutores nostros ab una et venerabilem dominum Michaelem kochmagister Magistrum generalem Ordinis Cruciferorum de Prussia, ipsumque Ordinem et ipsius subditos et Coadiutores parte ab altera, interuencione Reuerendi in Christo patris domini . . . . Episcopi Lasauensis Officium Camerarratus domini Johannis tunc prope uicesimi tercii gerentis et eiusdem domini pape ad nos legacione fungentis ac litterarum serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum Regis et sempe . . . . et cetera et Hungarie, Croacie et cetera Regis fratris nostri carissimi comonicione et continencia operantes factas ordinatas dispositas et initas ante Oppidum Strosberg alias Brodnicza fore et esse Parisius prefati domini Sigismundi et cetera et Serenissimi principis domini Karoli ffrancie et cet. Regum fratrum nostrorum carissimorum studio et expresse consencientibus nostris et dicti Magistri generalis et Ordinis Oratoribus, Nuncijs procuratoribus plenam . . . . bis et dictis Magistro et Ordine habentibus potestatem et mandatum a festo Natiuitatis sancte Marie nunc proximo ad festum beate Margarethe virginis tunc proximum de Mense prorogatas . . . . cum obseruacione omnium Capitulorum, Articulorum, Sentenciarum, clausularum, punctorum et condicionum que huiusmodi treugepacis ante Strosberg facte continebant. Quibusquidem Serenissimis principibus . . . . igismundo Romanorum et cetera Carolo Francie et cet. Regibus ffratribus nostris carissimis et ipsorum uotis deferre volent pacis semper amantes dulcedinem, cuius auctor nisi in pace bene colitur huiusmodi prorogacionem et pr . . . . arum si per prefatos dominos Romanorum et cet. et Ffrancie et cet. Reges fratres nostros dilectos facta existit A festo Natiuitatis sancte Marie nunc proximo ad festum beate Margarethe proxime tunc affuturum, volumus . . . . nere Et nichilominus siue fuerit per dictos dominos Sigismundum Romanorum et cetera et Carolum Ffrancie et cetera Reges Treugarum huiusmodi prorogacio facta siue non. Nos ex nunc Treugas et prorogacionem earum huiusmodi . . . . rras et subditos ac Coadiutores nostros et eorum subditos ac prefatum dominum Alexandrum alias Vythowdum Magnum Ducem Lithuanie et ipsius terras Coadiutores et subditos et venerabilem dominum Michaelem . . . . generalem Ordinis Cruciferorum et ipsius Ordinem et eius subditos et coadiutores a festo Natiuitatis sancte Marie nunc proxime affuturo ad festum beate Margarethe uirginis de Mense Julii tunc proximum . . . . imus, disponimus et ordinamus firmiter et constanter duraturam fformam ipsarum ante Strosberg alias

Brodnicza factam et confectam in nullo penitus excedendo. Sed circa omnes ipsius articulos, summas, puncta . . . . diciones et clausulas iugiter remanendo non intendentes per hanc nostram treugarum nouam ordinacionem et earum prorogacionem predictorum Romanorum sigismundi et cetera et Caroli ffrancie et cetera Regum disposicioni, ordinacioni et . . . . . garum prorogacioni in aliquo derogare. Promittentes bona fide et sine dolo et fraude in verbo Regio et fideli pollicentes treugaspacis et prorogacionem earum huiusmodi in omnibus suis punctis, Capitulis, Articulis, sentenciis, Condicionibus et clausulis iuxta formam a dictis dominis Romanorum et cet. et Francie et cet. Regibus nobis datam traditam et directam uel alias ante Strosberg Conceptam et factam tenere attendere custodire, et seruare usque ad festum beate Margarethe virginis predictum inclusiue. Ita tamen quod Treugis et prorogacionibus huiusmodi pendentibus licebit nobis prosequi coram sancto Concilio generali aut coram prefato Domino Sigismundo Romanorum et cet. Rege et cet. uel alio quocumque Iudice uel arbitro spirituali uel seculari, caussas ipsis Domino Magistro et Ordini per nos motas et adhuc mouendas pro Iniuriis, dampnis et Infamiis Treugarum lesione, bonorumque et terrarum inuasione, occupacione et quibuslibet odiis et offensis nec per hoc Treuge predicte et earum prorogacio in aliquo articulo, Capitulo, sentencia, puncto, condicione uel clausula arguentur. Sed fixe, stabiles, firme et inuiolabiles usque ad terminum prefixum ipsis et tempus difinitum remanebunt absque negociorum nostrorum detrimento si que coram sacro Concilio aut coram domino Sigismundo Romanorum Rege et cetera prefato uel quocumque alio Iudice habebimus disponenda et tractanda. Nos autem Johannes senior et Semouitus Duces Mazouie et Albertus Episcopus Cristinus de Ostrow Castellanus Cracouiensis ac Donyn sedis apostolice prothonotarius decanus Cracouiensis Vicecancellarius Regni Polonie Johannes de Tarnow Cracouiensis, Sandcziwogius de Ostrorog Poznaniensis, Nicolaus de Michalow Sandomiriensis, Jacobus de Coneczpole Siradiensis, Mathias de Vssze Calisiensis, Mathias de Labischin Brestensis, Johannes de Cosczelecz Wladislauiensis Palatini, Sbigneus de Brzesie Marschalkus Regni Polonie, Johannes de Sczecoczim Castellanus Lublinensis Maioris polonie Capitaneus et Albertus Malsky dobrinensis Capitanei terrarum nec non Cracouia, Poznania, Calis, Lublin, Brzesce Juni Wladislauia Ciuitates Regni Polonie promittimus bona fide sine dolo et fraude quod Treugas huiusmodi et prorogacionem earum prefatus dominus Wladislaus Rex Polonie Dominus noster graciosus et Alexander alias Vythowdus Magnus Dux Littuanie in omnibus Articulis, Capitulis, sentenciis, punctis,

Condicionibus et clausulis tenebunt ac fideliter, firmiter ac inuiolabiliter obseruabunt. Harum quibus sigilla nostra sunt appensa testimonio litterarum. Datum in Juni Wladislauia feria secunda ante festum dominice Ascensionis Anno domini Millesimo Quadringentesimo sexto decimo.

VIII.

Annus 1416.

Rex Poloniae poscit a Commendatore Czlochoviensi declarationem, qua de causa durantibus induciis usque ad portas castri Draheim cum aliqua manu equitum venerit.

Rok 1416.

Król polski żąda od Komtura człochowskiego deklaracji, dla czego podczas rozejmu aż pod bramy zamku Drahimskiego z kilku jeździcami przybył.

Religioso Comendatori in
Schlochau nobis grato.

Wladislaus dei gratia rex polonie lithuanieque princeps supremus et heres russie etc.

Religiose nobis grate certa nostrorum relatione recepimus quomodo stantibus inter nos et ordinem cruciferorum de prussia novis Treugarum pactis interuencione serenissimorum principum dominorum Sigismundi romanorum et hungarie ac karoli francie etc. regni roboratis necdum elapsis prioribus feria quinta proxime preterita gentes ordinis cum quibus prout nobis datur intelligi vos fuistis propria in persona ante castrum nostrum dragheim venientes insidiis a tergo positis in pauca armatorum comitiva fugam dolose simulante usque ad portas castri accedere nitebantur, ut castri habitatoribus sub fraude evocatis ipsum castrum quod tunc sciebant nostrorum capitaneorum praesencia destitutum clandes-

tine subintrassent rursus frustrati desideriis de invasione castri receptis decem equis majoribus et quinque levioribus gregesque pecorum que in pascuis ante castrum in ambitu cujusdam insule tenebantur in civitatem ordinis vestri fridlant recesserunt. Quocirca vos hortamur desiderantes quatinus hec que nostris hominibus sunt recepta de vestra ut credimus scientia et consensu eisdem restituere faciatis viceversa nobis que intimare quo animo qua re intencione hec insidiarum dispendia et dampnorum incomoda a vobis et vestris sustinemus pacto Treugarum non obstante. datum in Oborniky feria tertia post diem sancte Trinitatis anno domini etc. sedecimo.

Relatione domini Donyn sedis aplice prothonotarii decani cracoviensis regni polonie vicecancellarii.

IX.

Annus 1416.

Vladislaus, rex Poloniae, mittit magistro generali salvum conductum pro commendatore de Nessau et proconsule Thoruniensi.

Rok 1416.

Władysław, król polski, posela wielkiemu mistrzowi glejt dla Komptura z Nessau i busmistrza w Torunia.

Venerabilis et religiose amice noster dilecte. Ne de modo et forma scribendi litteras super Treugispacis nuper inter nos firmatis conceptas in festo sancte Margarethe in zlotoria reponendas ambigat et dubitet uestra dilectio Amicicie uestre copiam nostrarum litterarum huiusmodi dirigimus presentibus interclusam Juxta cuius tenorem mutatis dumtaxat proprijs nominibus vestras litteras scribere faciatis uolumusque ut Consiliarii uestri qui pro fideiussoribus eisdem uestris litteris debent annotari hijs titulis et meritis quibus nunc post mutacionem dignitatum et statuum nuper factam pociuntur et funguntur, titulentur et scribantur

tur. Datum Gnezne feria secunda Pentecostes Anno domini Millesimo quadringentesimo sedecimo.

Dominus Rex per se.

Venerabili et religioso domino Michaeli Kochmeyster domus Theutonicorum de Prussia Magistro generali Amico nostro dilecto.

X.

Annus 1416.

Rex Poloniae scribit Magistro generali, M. Kuchmeister, se paratum esse ad mittendos ablegatos suos ad novum conventum.

Rok 1416.

Król polski pisze do wielkiego mistrza M. Kuchmeister, że gotów jest posłać deputowanych swoich na nowy zjazd.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie litthwanieque princeps supremus et heres Russie et cet.

Venerabilis amice noster litteras uestras oblatas nobis hic in Cowno plene percepimus in quibus scribitis quomodo quidam nostri subditi hominibus uestris equos et alias res pendentibus trewgis pacis inter nos et Ordinem contractis ac sacri Concilii Constanciensis et serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum Regis et cet . fratris nostri charissimi ac nostris litteris Confirmatis abstulerunt, aseuerantes hec et cetera que e nostris Capitaneis refertis accidisse, ex nostre processisse arbitrio uoluntatis. Sed autores harum iniuriarum subticetis, Noueritis quod treugas pacis huiusmodi et presentes semper in omnibus earum Capitulis integre seruauimus et seruare intendimus usque ad earum exitum atque finém nec hoc nobis suspicionis uel alius apex poterit imputari, dummodo per uos illas infringere non contingat et hoc quod nostro Consensui imponitis ut ex eo subditis uestris iniurie quas perpessos exponitis nascerentur et uenirent in

debite nos contigit poteritis namque reminisci quod in Conuencione in Gnewcow per nostros et uestros consiliarios celebrata fuit per eosdem ad festum sancte Crucis proxime preteritum ad exponendum omnes iniurias per nostros et uestros subditos et recipiendum hincinde satisfaccionem et emendam. Alia conuencia constituta et edicta. Cuius ueniente termino Capitanei nostri cum alijs ad hoc deputatis uestris absentibus paruerunt, ubi omnes defectus iniuriarum inter nos et uestros limites emergencium debuerunt complanare. Sed uestrorum absencium Operante hec minime contigerunt Et quamuis hec Conuencio per uos et uestros sit neglecta nec nobis poterit aliquis defectus iusticie ascribi tamen parati sumus iterum Capitaneos nostros et alios uiros ydoneos ad hocidem agendum directe locumque et diem Conuencioni deputare si fuerimus ad hoc per uos auizati ut sciatur quod numquam defectus iusticie per nos stetit aut stabit. Datum in Cowno feria quarta ipso die undecim millia uirginum Anno domini et cet. Sedecimo.

Relacione venerabilis domini Donyn Regni Polonie vicecancellarij.

Venerabili domino Michaeli Cuchmeyster Ordinis thewtonicorum Magistro generali Amico nostro.

Gekommen und gegeben uon Ragnit am fritage noch den XI. M. Jungfrawen tage in den VIII. stunden uor mittage.

Gekommen und gegeben von Labiow am Sonnabend nesth der noch hora VIII vor mittage.

XI.

Annus 1416.

Vladislaus, rex Poloniae, promittit magistro generali Michaeli Kuchmeister, se observaturum esse pacem, opera Sigismundi regis Ungariae et Caroli Ludovici regis Franciae conclusam.

Rok 1416.

Władysław, król polski przyrzeka mistrzowi wielkiemu, Michałowi Kuchmeister, że dotrzyma pokoju, za staraniem Zygmunta, króla węgierskiego i Karóla Ludwika króla francuzkiego, zawartego.

Venerabili domino Michaeli Kuchmeister domino Theutonicorum de Prussia magistro generali amico nostro.

Wladislaus dei gratia rex polonie lithuanieque princeps supremus et heres russie etc.

Venerabilis amice noster litteras quas nostre celsitudini direxistis ad plenum percepimus in quibus petendo instatis ut vobis claram et explicitam super hijs que in eis continentur ..faciamus responsivam et signanter si Mercatores et subditi vestri in Regno nostro cum eorum Mercantiis in aqua et in terra facultatem habeant ambulandi etc. Quapropter prout alias sic et nunc vobis ad premissa respondemus istomodo quod presentes pacis Treugas inter nos per serenissimos principes dominos Sigismundum dei gratia Romanorum et Hungarie regem etc. ac Karolum francie etc. reges fratres nostros carissimos ac expost per utriusque nostrum litteras interpositas et firmatas in omnibus earum punctis sentenciis clausulis ac condicionibus et capitulis que circa tractatus quas nostri et vestri consiliarii habuerunt sunt expressa inconcusse et firmiter decrevimus et volumus observare, licet eisdem pendentibus subditi regni nostri dampna et incomoda gravia ab ordine pleris vicibus sustulerunt quorum frequentia et qualitas ex significacione nostra multiplici vobis incognita non existit et non ambigimus quin predicta capitula si ipsa ad vestri noticiam perducere facietis, de libertatione viarum et transitu Mercatorum sufficienter nos docebunt de eo autem prout nobis scribitis qualiter Capitaneus noster Naclensis equos etcetera vestris subditis rece-

pisset, et pro eis requisitus id a nobis respondebat habuisse in comisse etc. Noueritis nos Capitaneis nostris nunquam aliud commisisse preterquam pacis treugas hujusmodi firmiter obseruare et decreta que ex tractatibus consiliariorum nostrorum et vestrorum in eis sunt secuta exquisita vigilancia custodire proinde scribimus predicto Capitaneo nostro ut nobis hujus rei et eventus causam pro qua nobis scribitis indicaret . datum in Wilna in crastino omnium Sanctorum feria secunda anno domini etc. sedecimo.

Relacione Sbignei de Oleschnicza Scolastici Sandomiriensis prothonotarii aule regie.

XII.

Annus 1416.

Querela regis Poloniae ad Sigismundum regem Romanorum de Magistro generali in irrito conventu cum eo ad fluvium Memelam.

Rok 1416.

Skarga króla polskiego do Zygmunta króla rzymskiego, na wielkiego mistrza Krzyżackiego, w bezowocnym zjeździe z tymże nad rzeką Niemnem.

Serenissimo principi domino Sigismundo dei gracia Romanorum Regi semper augusto et Ungarie Dalmacie, Croacie et cet. Regi Illustrissimo fratri nostro charissimo Wladislaus dei gracia Rex Polonie littwanieque princeps supremus et heres Russie et cet. Salutem et desideriorum nota semper contemplari serenissime princeps Illustrissime frater carissime licet alias disposicionem conuencionis nostre quam cum Magistro et Ordine Cruciferorum de prussia temporibus proxime praeteritis tenuimus litteris nostris sufficienter fraternitati uestre descripsimus tamen de allacione eorundem ad uestri noticiam ignoramus necessa-

rio cogimur iteratis uicibus scripta huiusmodi replicare. Nosse igitur uelitis quod Magister ordinis Theutonicorum per Liuoniam aliquotiens Magnificum et Illustrem principem dominum Alexandrum alias Wytowdum magnum ducem littwanie et Russie fratrem nostrum charissimum de partibus suis lyuonie in terris littwanie personaliter uisitauit et cum deuocione humili requisiuit ut nostram maiestatem cum Magistro Ordinis de Prussia ad tractandam pacem perpetuam in terris prussie uel Samaytharum dignaremur comportare. Sed nos prefati fratrem nostrum superinde peticionibus pluries admoniti nolumus conuencioni uel placitis consentire tandem Baronum nostrorum multis uicti instancijs arbitrantes, fraternitatis uestre quam multis curis . . . . . conibus in hoc sacro unionis negocio nouimus prepetitam ad hoc eos consensum recepisse terminum placitorum et locum consistentis illic tandem peruenimus ubi nobis exercitibus et Magister cum suis interesse non obmisit sitque deuenientes ad tractatus oblaciones possibiles pro pace consequenda ipsi Magistro obtulimus quas ipse in singulis eorum capitulis non admisit sed repressit et ex aduerso obtulit se cum Ordine suo perpetuo iure et proprietate terrarum Samaytharum quantum apud nos est et fuit legitima possessio limitatione ipsarum sibi nescimus qua cautela reseruata recessuri si iuri et cause pro omnibus rebus et negocijs pro quibus coram fraternitate uestra cum ipso et Ordine haberemus uel habituri sumus accionem cederemus et pacis perpetue federa inter nos hincinde poneremus desiderantes autem ad pacis amplexus properare qui nobis dulcissima suavitate sunt conspersi oblacionem eorum quam nobis de terris Samaytharum obtulerant quamuis illas iure legitime possideamus, admisimus accionem quam coram fraternitate uestra cum habemus arbitria et decisioni fraternitatis uestrae reseruata sic pacis perpetue federa cum ipso et Ordine uolumus consumare nec de cetero aliquas gwerras ipsis aut bella pro terris et dominiis nostris quas occupant et alijs iniuriis pro quibus coram fraternitate uestra lis inter nos adhuc pendet indecisa indicere uel mouere uellemus sed pronuncciacionis uestre super eis cum patientia sententiam expectare et illi cum reuerencia qua decet obedire. Ipsi autem perpendentes quod ad uestram fraternitatem nos cum tanta fiducia referimus nullis nobis datis responsionibus cum furore uehementi decretis stationum suarum papilionibus nauigantes a nobis sine fine recesserunt, nec ipse Magister tanta honestatis preditus est decencia ut nostram maiestatem quam si habuit in propinquo ut uix ad iactum sagitte a nostris distaret stacionibus uisitasset aut Marschalco et quibusdam suis commendatoribus quos nobiscum pransurum uocauimus uisitandum indulsisset ymmo quasi pacis actus decidendo dum concordie

negocia tractarent ipse in medio fluuii semel juxta locum conuencionis defluente nauibus alligatis desidebat nec ad terram descendere confisus sue superbie dignabatur cum tamen treugis per uestram fraternitatem inter nos seruatis et conceptis ac denum nostris salui Conductus litteris quas sibi petentes concessimus si aliquam acrestenciam timuisset plene fuit affidatus et de omni incolumitate securus nec unquam in Conuencionibus quas cum ipsis huc gentilitatis errore constitutis ad hucusque habuimus maiorem fastus iactanciam in eis cognouimus. Nonne frater carissime semper omnibus uestris monicionibus et hortacionibus in hijs que pacis sunt et uestri beneplaciti paruimus. Ipsi autem Cruciferi quanta pertinacia se fraternitati uestre opponunt potueritis auschultare. Ecce uillas Morsnaw, Orlaw et Nouawess quas fraternitas uestra nobis pendentibus inter nos treugis predictis commiserat assignandas . . . . et contemptu uestrorum preceptorum ad possesionem earum nos admittere noluerunt et quamuis illas sub Concessionis uestre fiducia quae in nostris terris site sunt quamquam resistentes non obstante potuissemus recepisse tamen in uestram fraternitatem eciam in apice perturbaremus aut uestris negocijs que dignetur posperare altissimus aliquam impedimenti occasionem prestaremus huius et aliarum iniuriarum que nobis pendentibus treugis intulerunt discrimina pro quorum unoquoque licet nobis contra ipsos insurgere in equanimitate uolumus tollerare. Insuper hijs et alijs iniurijs quas fraternitati uestre crebro descripsimus non contenti post tractatus Convencionis supradicte subditi et homines Cruciferorum de lyuonia tres homines Magnifici domini Alexandri alias Wytowdi charissimi in nemoribus terrarum nostrarum sua negocia extententes aggressi inhumaniter occiderunt et alios letaliter uulneratos fugauerunt, ipsos similiter nisi fuge presidio curavissent occidere satagentes. Quapropter frater charissime si contra nos infra treugarum predictarum terminum sicud quarumdem coniecturacionum apperiunt iudicia uoluerint consurgere defensioni nostre uolitis nobiscum insistere attenta nostra iusticia ad quam nos cum tanta beneuolencia et deuocione exponimus prout fraternitas uestra ad hoc nobis se obtulit. In Omnibus et cet. suggestionibus et detraccionibus eorum si quas coram fraternitate uestra de nobis conflaverint fidem dignemur subtrahere creditiuam et audienciam tam uana loquentibus et nominis nostri delatoribus denegare. Ceterum pro speciali caritatis Indiccione et honoris dirigimus fraternitati uestre unum Centaurum in uenacionibus nostris nuper ante festum natalis domini in nostra et Illustris fratris nostri Domini Alexandri ducis littwanie et cet. presencia apprehensum et duo uasa fermarum uirum de carne Tigridis et aliud onagri per Martinum Gandessem

dilectum et fidelem familiarem nostrum presencium ostensorem. Datum in Grodno feria secunda ipso die Innocentium, Anno Domini Millesimo etc. XVI.

Ad mandatum domini Regis Sbigneus Scholasticus et Canonicus Sandomiriensis Prothonotarius.

Dem Erwurdigen geistlichen Herren Herren Michael Kuchmeyster hochmeyster deutsches ordens.

Caput X.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de anno 1417 ad annum 1419.

Rozdział X.

Akta dyplomatyczne za panowania Władysława Jagiełły, od roku 1417 do roku 1419.

I.

Annus 1417.

Vladislaus rex Poloniae rogatus a Magistro generali promittit se liberaturum esse mercatores Thorunienses cum mercibus suis detentos.

Rok 1417.

Władysław król polski proszony od wielkiego mistrza, obiecuje uwolnić kupców toruńskich z towarami (przez żołnierzy) zabranych.

Venerabili et Magnifico domino Michaeli Kuchmeister ordinis sancte Marie domus Thewtunicorum de Prussya Magistro generali Amico nostro.

Wladislaus dei gratia Rex Polonie Lithwanieque Princeps Supremus et heres Russye etc.

Venerabilis et Magnifice Amice noster, receptis litteris vestris nostre Celsitudini destinatis . tenorem earum intelleximus in quibus scribitis postulantes, quatinus portitorem earundem de certis voluntatis vestre et vestrorum Compreceptorum intencionibus de et super singularibus et arduis factis et negociis vestris ad nos missum benigne suscipere et favorabiliter sub spe postulata optinendi exaudire dignaremur, que iuxta vestra desideria admisimus grata mente, Subditosque vestros mercatores Thorunen. quos Capitaneus noster dobrineñ in recompensam nostrorum hominum per aliquos vestri ordinis Comendatores perprius ut credimus sine causa detentorum, Captiuuos receperat ad instantiam peticionem inclite et preclare principis domine Elisabeth Regine Polonie Consortis nostre carissime atque vestras cum eorum bonis de aresto fecimus simpliciter absoluere et reddere pristine libertati, prout de eo predicti Nunccii vestri viua relacio vos docebit, Quocirca amicitiam vestram petimus et rogamus, quatenus Subditos nostros . quos durus Carcer apud vos iam dudum vinctos tenet cum bonis eorum . preuio nostro moti exemplo de captiuitatis mancipiis similiter relaxare faciatis ut quod in nobis. Licet prima vestrorum aggressione lesis et diuersis Iniuriis lacessitis faciliter tamquam in boni Communis, et pacis amatore invenire, et faciliter optinere meruistis . . in vobis reciproca vicissitudine demonstretur, prout autem in eisdem vestris litteris scribitis . subiungentes et petentes . quatenus efficere et disponere faciamus ne Subditi vestri durantibus presentibus pacis treugis inter nos alterutrim per Sacrosanctum Constantieñ. Concilium et Serenissimum principem dominum Sigismundum Romanorum et hungarie Regem carissimum fratrem nostrum dispositis tantis incomodis et injuriis que reuera minime nobis patent per nostros officiales et subditos offendantur quamquam audientia nostra continuatis vicibus et fere cottidie Subditorum nostrorum querelis lamentabilibus fatigetur qui diuersas et intollerabiles a vestris et signanter Neschouieñ. Thorunеñ. Golubieñ. Brodniceñ Sweceñ. et aliis Commendatoribus oppressiones injurias atque dampna probabiliter se asserunt sustinere prout id expositione Johannis Stymbarsky Nuncii nostri ad vos missi vestra amicicia clarius intellexit, hec facere et vestras in hac parte postulaciones admittere presto sumus licet nullam horum notitiam habeamus et de earum irrogatione penitus ignoremus placeat tamen viceuersa disponere quod nostri subditi et officiales seu Capitanei a tantis oppressionibus et injuriis quas a vestris sustinent

remaneant supportati et quieti, Datum in Medica feria sexta in crastino Sanctorum Symonis et Jude apostolorum. Anno domini Millesimo Quadringentesimo decimo septimo.

Relacione Sbignei Scolastici Sandomirień. Aule Regie prothonotarii. —

II.

Annus 1418.

Janussius palatinus de Gniewkow scribit Janussio heredi de Legendorf, generi suo, se omnem diligentiam adhibere, ut pax aeterna inter ordinem et regem Poloniae componi posset.

Rok 1418.

Janusz wojewoda gniewkowski pisze do Janusza, dziedzica w Legendorf, zięcia swego, iż wszelkiego przykłada starania, aby pokoj wieczny między zakonem a królem polskim mógł bydź zawartym.

Valido et Strenuuo Militi domino Janussio heredi de legendorf Iudici Terre Chelmeń. Generi et amico nostro carissimo.

Salutacione amicabili cum omnimoda complacentia et cum optamine omnis boni nunc et semper admissis. Valide et strenue domine Gener et amice noster carissime ex scriptis litterarum vestrarum didicimus Quomodo animus vester de prosperis successibus nostris hylaratur et ex eo quia Capitaneus sumus factus Terre dobrineń. Amice dilecte scitote Quia talia vobis bene credimus prout et nos de successibus vestris prosperis similiter gauderemus Ceterum amice carissime nobis scribitis qualiter Serenissimus princeps dominus Wladislaus dei gratia rex Polonie etc. dominus noster generosus. Litteras suas ad pociores Strennuos utque Nobiles Terrigenas et ad omnes Ciuitatis Terre pomeranie transtulisset contra magnificum et venerabilem dominum Michaelem alias Kuch-

meister Magistrum generalem de prussia suumque Ordinem Ordinis beate marie virginis de domo Theutunica querulando quod cum eo et fratre ipsius illustrissimo principe domino Alexandro alias Wytowdo Magno duce lithwanie etc. domino nobis generoso in Conuencione hac que in Weluna celebrabatur ad vnionem pacis perpetue uoluerunt deuenire Cum idem magnificus et venerabilis dominus Michael Magister generalis iuxta tenorem literarum vestrarum et copie in eisdem incluse se exponebat ad pacem perpetue consequendam et obtinendam, Ex quorum oppositionibus non sentitis bonum finem amice carissime sciueritis quia in conuentione hujusmodi non eramus nec scimus quis sit ordo et posicio dicte conuencionis, et de litteris querimonii ad partes vestras missis hucusque nesciuimus, Insuper amice carissime scribitis nobis motu proprio ut si aliquam viam et modum ad inueniendam concordiam et vnionem inter Serenissimos principes dominos Regem Polonie Alexandrum Magnum ducem lithwanie fratrem ipsius nostros dominos generosos et inter magistrum et ordinem predictos scire et invenire possumus, mediante qua via et modo . . . . . in auxilium nostris amicis dominos regem et magnum ducem ad concordiam et ad vnionem pacis . . . . . Amice carissime Scire velitis quia multas vias et diuersos modos scire et invenire possumus quibus dominos Regem et ducem magnum ex . . . . clementia ad unionem et concordiam cum consilio et subsidio nostrorum amicorum faciliter induceremus Si ad eandem concordiam et ad unionem pacis magister et ordo vestri domini pie et comittive acclinarentur ipsas concordiam et unionem humiliter inquirendo Nam multis et crebris vicibus a domino rege et domino duce nostris dominis generosis interim cum circa ipsos presens eramus audiuimus quod pie et multum libenter toto cum cordis desiderio cum magistro et ordine ipsis ad omnimodam concordiam et ad unionem pacis perpetue vellent deuenire Nisi equitus a Magistro et ordine obuiaret, Super qua quidem concordia et unionem pacis ut intelleximus ex nostris litteris velletis nostris cum amicis studiose ac summa cum diligentia vos interponere et laborare ad noticiam magistri talia deducere volentes vt adhuc ad bonum finem ex ambabus partibus deueniremus Quod nobis ab amicitia vestra grate placet audire Igitur amice carissime ad inveniendam hujusmodi concordiam et ad vnionem pacis vos disponatis cum amicis nostris quos habere potestis in partibus vestris querentes consilia salubria et vias oportunas quibus possemus comportare talia et dum modo per consilia vestra viam et modum inveneritis nobis in litteris vestris patenter describendo transmittatis Et nos similiter toto cum cordis desiderio vulumus cum amicis nostris diligentissime laborare querendo vias oportunas quas meliores possumus

invenire quas dum invenerimus vestre amicicie describendo curabimus intimare Quatenus per adinventionem ambarum parcium inter dominos nostros commune bonum et perpetuam pacem ordinare possemus. Datum in castro Bobrowniky die dominico Memento Anno domini Millesimo etc. decimo octavo.

Janussius Palatinus Gnewcouieñ et Capitaneus Terre Dobreñ vester dilectus amicus.

III.

Annus 1418.

Vladislaus, rex Poloniae, petit a Michaele Kuchmeister, magistro generali, ut grate recipiat nonnullos subditos Polonos, qui bona sua in terris Ordinis sita vendere volunt.

Rok 1418.

Władysław król polski prosi Michała Kuchmeistra, wielkiego mistrza, aby dobrze przyjął pewnych poddanych polskich, którzy dobra swoje w krajach zakonu leżące, przedadź chcą.

Venerabili domino Michaeli Cuchmester Ordinis beate Marie Hospitalis Irlimitani domus Theotunicorum de Prussia Magistro generali Cruciferorum Amico grate nobis dilecto. —

Wladislaus dei gratia Rex Polonie Lythuanieque Princeps Supremus et heres Russie etc.

Venerabilis domine amice grate nobis dilecte. Sinceritati vestre Strenuos et famosos Chebdam de Zlothniky. Subpincernam Cuyauieñ. Bartholdum de Wolemino. Geraldum de Sbislawe et Nicolaum de Coszemino Subditos nostros pleno recommendamus affectu, quos dum ad nostri instanciam ad vendendum ipsorum bona hereditaria que in dominiis Terrarum vestrarum Prussie habere dinoscuntur rite et efficaciter per vestram sinceritatem admissos, audissemus.

grato animo recepimus et iocundo, Pro eoque eidem vestre sinceritati immensas gratiarum referimus acciones Et ut huius Rei negocium effectum sortiretur adoptatum, Eandem vestram sinceritatem desideriosissimis affectibus, quatenus eosdem nostri contemplacione graciosius habentes recomissos ipsis et cuilibet speciales Securitatis et Salui conductus litteras, dare uelitis et . . . . destinare ut libere . . . . et sine quovis impedimento terras vestras ingredi valeant bonaque ipsorum huiusmodi venundare, et negocia circa eorundem vendicionem facere oportuna, quousque eadem duxerint venundanda, Datum Poznanie feria secunda infra Octavas Visitationis sancte Marie Anno domini M° CCCC° decimo octauo.

Rel. Sbignei
Prothonotarii.

IV.

Annus 1418.

Rex Poloniae certiorem reddit magistrum generalem, Pontificem maximum sibi officia sua in concludenda pace cum ordine praestare velle.

Rok 1418.

Król polski uwiadomia wielkiego mistrza, iż Papież ofiarował mu swoje usługi w zawrzéć się mającym pokoju z zakonem.

Venerabili domino Michaeli Cochmeister Ordinis Theutunicorum de Prussia Magistro generali amico nostro.

Wladislaus dei gratia Rex Polonie lithwanieque Princeps Supremus et heres Russie etc. —

Venerabilis amice noster litteras vestras Nunccius vester ipso die Natiuitatis sancte Marie nobis obtulit quibus similes in Sentencia ante tres dies a preclaris-

simo principe domino Allexandro Magno duce litwanie fratre nostro carissimo habuimus quas eidem domino duci miseratis Et quia Sanctissimus dominus noster. Papa scripta sua nobis direxerat per ipsa insinuans quam ipsius Sanctitas decreuerat Nunccios sollempnes ad nos dirigere pro tractanda inter nos et fratrem nostrum Magnum ducem ab vna . vosque ac ordinem vestrum parte ab alia perpetua vnione prout de vestris litteris concepimus de dictis Nuncciis domini nostri pape vos non latere Rescripsimus itaque Sanctissimo domino nostro pape ante tres septimanas petentes Sanctitatem ipsius quod huiusmodi Nunccios suos apud Sanctitatem suam retineret ob hanc causam quoniam vobiscum diem Conuencionis in Weluna duabus septimanis post festum beati Michaelis proximum recepimus de vnione et concordia inter nos fienda in christi nomine tractaturi verum quia de Nouaciuitate scripsimus per prius amicicie vestre qualiter iam cum dominis Archiepiscopo Gneznen̄. Episcopis Prelatis et Baronibus nostris ad Conuencionem predictam per loca nostrarum venacionum proficiscimur et nostrum Iter continuamus vobis replicatis vicibus hoc ipsum notificantes Nec ambigimus quin vos ad prefatam Conuencionem cum lywonie et Almanie Magistris ceterisque Compreceptoribus et Consiliariis vestris similiter ve . . prout nobis per vestros Comendatores intimastis datum in Sandomiria feria sexta in Crastino Natiuitatis sancte Marie Anno domini M° quadringentesimo decimo octavo.

Ad mandatum domini Regis Sbigneus prepositus Sancti floriani ante Cracouiam.

V.

Annus 1418.

Querela regis Poloniae ad Marchionem Brandenburgensem de ordine theutonico, qui nonnullos subditos Polonos crudeliter necavit.

Rok 1418.

Skarga króla polskiego do Margrabiego brandenburskiego na zakon, który kilku poddanych polskich okrutnie zamordował.

Wladislaus dei gratia Rex Polonie Litwanieque princeps. supremus et heres Rusie etc. Magnifico et praeclaro principi domino Frederico dei gracia Marchioni Brandenburgeñ et Burggrauio Nurenbergeñ amico nostro carissimo felicium semper successuum vota prospera possidere ac fraterni amoris continua incrementa Magnifice et preclare princeps amice noster carissime. Nouerit vestra sinceritas et omnium christifidelium agnoscit presentia sub qua studiorum laborum et curarum frequentia vbi sumptus vbi dampna et pericula non defuerunt grauissima pacem et federa perpetua cum ordine cruciferorum de prusia quesivimus post bella seditiones prelia, odia seu controversias quas cum dicto ordine ut fuimus coacti recipere ad pacis oscula concurrentes mutue nos caritatis amplexibus tractaremus et communi potentia insidiis paganorum quas semper tendunt fidelibus christianis tucius possemus occurrere et cornu superbie ipsorum conculcato fidem christianam amplicare, pro quibus consequendis quantos ambasiatores nostri in sacro concilio constancien. labores sunt experti non putamus a vestra noticia alienum Et licet amice carissime pacem tot semper prosequamur conatibus vt eciam v. s. sua mansuetudine in fauorem nostrum multos ab eo labores pertulisset tamen nullam nullis modis consequi potuimus Postremo reuenientibus Ambasiatoribus nostris de concilio predicto et nostris negociis pro quibus specialiter vacante Sede in serenissimum principem dominum Sigismundum Romanorum et vngarie Regem fratrem nostrum carissimum dum de constancia in Narbonam voluit proficisci et ex post Summi pontificis electione subsecuta in eundem summum pontificem et predictorum Romanorum Regem ante dissolucionem concilii de alto et basso fuit per ipsos compromissum pendente sine

fine Magister Ordinis predicti nos per medium quorundam suorum conpreceptorum et sursum inclitum principem dominum Alexandrum fratrem nostrum alias Witaudum magnum ducem litwanie Reuerendus in christo pater dominus Theodricus Episcopus Terbaceñ cum debita instancia pecierunt Quatenus ad tractandam pacem perpetuam inter nos fratrem nostrum predictum Regnum et subditos nostros ab una et Magistrum cum Ordine cruciferorum de prussia ab alia partibus aliquem locum et terminum competentem eligere dignaremur Nos uero locum ipsis Welunam in partibus litwanie Tredecima die mensis Octobris prefiximus vbi nobis et fratre nostro predicto cum prelatis principibus et Baronibus nostris non sine magnis laboribus et sumptibus constitutis Et ipse magister similiter cum suis interesse non neglexit, Tunc autem ad tractatus venietes ut pacem optatam sicut plenam de hoc habuimus fiduciam potuissemus adipisci omnes vias acomodas et possibiles concordie ipsis per nostros prelatos et Barones attulimus ultra quas vix potuissent reperiri apriores et tantam eis de nobis porreximus equitatem ut esset incredibile immo crudelitati vicinum tam submisse mansswetudinis equalitatem refutare, Post hoc fere nouem diebus in spem concordie permansimus ut saltim exortationum et oblacionum nostrarum, illos constans nostra perseuerancia conuicisset Ipsi uero in solita pompa et pertinacia permanentes maiori quam vmquam elati iactancia oblationes nostras tam humiles despexerunt nec ipse magister et sui ordinis Commendatores licet fuissent nobis in proximo tante fuerunt honestatis ut saltim nobiscum personaliter convenissent sed ne occasionem aliquam allegare potuissent a votis se concordie subtrahendum, Arbitrium predicti serenissimi fratis nostri Romanorum et vngarie Regis durante treugispacis presentibus inter nos et predictos cruciferos ad festum sancte Margarethe proximum per sanctissimum dominum nostrum papam et serenitatem ipsius stabilitis per viam juris et concordie exequendis ipsos non cessauimus invitare qui tamen nescimus qua ipsum pensantes levitate aut qua subnixi fiducia ausi sunt illud declinare referentes se ad arbitria quorundam principum et ciuitatum quos in ipsius arbitrium flectere non uolentes fraternitatem suam Iterum nominamus ad hoc ipsum ut possit sua fraternitas inter nos assumpta ad se f. v. et aliis quibus placeret principibus et personis quos ad hoc sua fraternitas eligeret super huiusmodi negociis arbitrari et que omnia consentire uoluerunt sed solum pertinaciam intendentes vacuos nos et sine spe concordie dimiserunt Et aliud frater carissime non licuit preterire sed vestre caritati exponere cum querela quomoda quidam Commendator Ordinis de Tuchla, quosdam nobiles Regni nostri indigenas condicione graues in spem treugarum per sanc-

tissimum dominum nostrum papam et predictum dominum Regem Romanorum fratrem nostrum Inter nos ad ordinem predictum factarum nostris negociis intenderetque nec aliquas paventes insidias tamquam tam solida treugarum pace affidati incautus apprehendens infra metas regni nostri crudeliter interfecit pedibusque ac manibus trunkatis iam extinctos proiecit in vndas et alios stipite suspendit, treugas auctoritate predicti sanctissimi domini nostri pape et serenissimi fratris Romanorum et vngarie regis firmatas offendere non expavens Cur renera dira fuisset continuo talis inflicta nisi nos reuerentia sedis apostolice in observatione treugarum huiusmodi in pietatem conuertisset, Si quis autem hiis nostris relatibus fraternitati vestre oppositum suggereret fidem illi subtrahat, quam que scribimus plenam optinent veritatis claritatem, Quocirca sinceritatem vestram petimus et rogamus ex intimis attenta nostra iusticia qua tanta fulcitur mansuetudo dignemini vestram nobis assistenciam et consilia impartiri omnibusque vestris ac extraneis per terras et dominia vestra ad ipsorum subsidia se transferre volentes transsitum prohibere uti sinceritas vestra a domino Romanorum et vngarie Rege accepit in commissis. Datum in Wilna vltima die mensis Octobris Anno etc. XVIII.

Relatione Sbignei de Oleschnitza prepositi Sancti floriani Cracouieñ.

VI.

Annus 1418.

Querela regis Poloniae ad principes ecclesiasticos et seculares contrą ordinem, qui in conventione Welunensi omnes propositiones pacis rejecit.

Rok 1418.

Skarga króla polskiego do książąt duchownych i świeckich przeciw zakonowi, który na zjeździe wieluńskim wszelkie propozycye pokoju odrzucił.

Wladislaus dei gratia Rex polonie Littwanieque princeps Supremus et heres Russie vniuersis et singulis principibus tam ecclesiasticis quam secularibus Necnon ducibus langraviis comitibus Baronibus Militibus Nobilibus Comitatibus et aliis cujuscunque status aut condicionis hominibus ad quos presentes peruenerint Salutem fraternam caritatem benivolenciam et fauorem semperque justicie professionem fateri Reuerendissimi et venerandi in christo patres et preclari incliti Illustres Magnifici Nobiles et famosi fautores fratres et amici nostri carissimi grateque nobis dilecti Ecce licet omni desiderio et fauore ad pacem cum cruciferis de Prussia diuersis studiis aspiremus Nunc coram sacro concilio Constancieñ Nunc coram Serenissimo fratri nostro carissimo excellentissimo domino Sigismundo Romanorum Rege semper augusto et hungarie dalmacie croacie etc. Rege ad omnem se possibilitatem offerentes quam eciam et hactenus offerimus hec autem tanta luceant claritate ut nequaquam vestram potuerint noticiam preterire Nuper autem credentes proinde faciliorem concordie additum recipere cum ipsis in certo loco et termino dicto Weluna conuenimus non sine magnis laboribus et impensis cum nobis a nostro domicilio ad locum conuencionis restabat via grandis que valde longam distanciam et viarum incomoda plurima continebat eciam si majora nos pati contigisset discrimina tanta fuimus pacis capti dulcedini ut pro ipsa consequenda laborem repugnassemus pro quiete Attamen dum fuissemus in loco conuentionis predicto hincinde ne quidpiam aparte aduersa potuissent allegari quod vota concordie impedirent vel aliquid obiti nostre Majestati quo finis ipsius et executio intercipi valuisset ad omnem benivolentiam nos posuimus ad tantum descendimus quod aliis temporibus quibus inter nos

exorta est dissensio minime hoc habuimus in conceptu ymo tante nos ob pacis adipiscende comoda humilitati dedimus ut eciam proprietatibus nostris et Regni nostri non paucis destitui volumus. Tamen apud eos nec nostre humilitatis oblacio nec tam addens pacis deuocio proficere potuerint quin ipsi concepta nostra benivolentia et omnibus viis paci ac comodis quas ipsis tocies iam porreximus refutatis vota nostra cum tanta benignitate pacem edificantes despexerunt tum itaque non possumus tot arduis adhibitis conatibus pacem optatam consequi ne quid nobis arbitramur imputari si rogamur injurias nostras et molestias quibus sic ab ipsis regrauamur modis necessariis propulsare, Quocirca vniversitatem vestram petimus Quatenus hiis nostris positionibus receptis quibus animum nostrum in excusationem nostram informauimus fidem eis placeat tamquam veris et nullis ficcionibus commixtis adhibere omnia veritati reputantes contraria si que eis opposita uel aduersa fuerint a quocunque incultata uel suggesta, Et nichilominus velud pacis et iusticie Zelatores dignemini et velitis parte nostre quam prestante altissimo versa fuerint cum tanta frequentia cernitis in earum prosecutione deferuere fauores impertiri et sinceriter adhibere, dirigimus autem ad vos Nobilem Maternam Baudissen familiarem nostrum fidelem dilectum exhibito rem presencium cui hec et alia vniuersitati vestre referenda commissimus ut ea tenaciori commendans memorie Sinceritatem vestram de eis plenius informaret petentes et in desideriis obtinentes Quatenus sibi fidem in hiis que sinceritati vestre hac uice retulerit placeat adhibere per omnia creditiuam. Datum Wilne in vigilia omnium sanctorum Anno domini M°. CCCC°. XVIII°.

Ad relationem Reuerendi patris domini Alberti Episcopi Cracouień Regum Polonie Cancellar. —

VII.
Annus 1418.

Declaratio regis Poloniae, missa ad omnes spirituales et seculares principes, se pacem cum Ordine frustra tentavisse componere.

Rok 1418.

Deklaracya króla polskiego, posłana do wszystkich duchownych i świeckich książąt, iż nadaremnie usiłował zawrzeć pokoj z zakonem.

Wladislaus dei gracia Rex polonie lithwanieque princeps Supremus et heres Russie etc. Vniuersis et singulis principibus Spiritualibus et secularibus Necnon ducibus langrauiis Comitibus Baronibus Militibus nobilibus Communitatibus et aliis cuiuscunque status aut conditionis hominibus ad quos presentes peruenerint, Salutem fraternam caritatem benivolentiam fauorem semperque iusticie professionem fateri Reuerendissimi et in christo patres ac preclari incliti Illustres magnifici nobiles et famosi fautores fratres et amici nostri carissimi grateque nobis dilecti Ecce licet semper omni desiderio et fauore ad pacem cum cruciferis de prussia diuersis studiis asspiremus nunc, coram sacro concilio Constanciensi. nunc coram Serenissimo fratre nostro carissimo excellentissimo domino Sigismundo dei gratia Romanorum Rege semper augusto et vngarie dalmacie Croacie etc. Rege ad omnem nos possibilitatem offerentes quam etiam et hactenus offerimus hec autem tanta lucent claritate ut nequaquam vestram potuerit noticiam preterire Nuper autem credentes proinde faciliorem aditum concordie recipere cum ipsis in certo loco et termino dicto Weluna conuenimus non sine magnis laboribus et impensis Cum nobis a nostro domicilio ad locum conuentionis restabat via grandis que ualde longam distantiam ad viarum incommoda plura continebat etiam si majora nos pati contigisset discrimina tanta fuimus rapti pacis dulcedine ut pro ipsa consequenda laborem reputassemus pro quiete Attamen dum fuissemus in loco conuentionis predicto hincinde constituti Ne quidpiam a parte aduersa potuisset allegari quod nota concordie impediret uel aliquid obici nostre majestati quo finis ipsius et executionem intercipi valuisset ad omnem benivolentiam nos posuimus et ad tantum descendimus quod aliis tem-

poribus quibus inter nos exorta est dissensio minime hoc habuimus in conceptu ymmo tante nos ob pacis adipiscende comoda humilitati dedimus proprietatibus nostris et regni nostri non paucis distitui voluimus Tamen apud eos nec nostre humilitatis oblacio nec tamen ardens pacis deuotio potuerunt proficere, quin ipsi contempta nostra beniuolentia et omnibus vlis paci ac comodis quas tociens ipsis iam porreximus refutatis vota nostra cum tanta benignitate pacem edificaucia despexerunt Cum itaque non possumus tot arduis adhibitis conatibus pacem optatam consequi non imputabit nobis vestra care sinceritas si cogantur injurias nostras et molestias quibus sic ab ipsis inpugnamur modis necessariis propulsare, Quocirca sinceritatem vestram petimus quatenus hiis nostris expositionibus receptis quibus quatenus vestrum in excusationem nostram informamus fidem eis placeat tamquam veris et nullis ficcionibus commixtis adhibere omnia veritate reputantis contraria si que opposita uel aduersa fuerint, a quocunque incultata uel suggesta, Et nichilominus velud pacis et iusticie zelatoris dignemini et velitis parte nostre quam prestante altissimo cum tanta sedulitate ——— in eorum prosecutione deferuere fauores impertire et sinceriter adherere dirigimus autem ad sinceritatem vestram nobilem Yvonem de Wrwla familiarem nostrum fidelem dilectum presencium ostensorem Cui circa hec fraternitati vestre referendo commisimus ut sinceritatem vestram de ipsis plenius informaret. Petentes et in desideriis obtinentes quatenus sibi in hiis que sinceritati vestre retulerit placeat adhibere creditiuam. — Datum Wilne in vigilia omnium sanctorum Anno domini M° CCCC° XVIII°.

Ad relationem Reuerendissimi patris domini Alberti Episcopi Cracouieñ Regni Polonie Cancellar. —

VIII.

Annus 1418.

Adtestatio nonnullorum extraneorum delegatorum de irrito studio concludendae. pacis inter Vladislaum regem Poloniae et Witowdum ex una, et ordinem ex altera parte.

Rok 1418.

Zaświadczenie niektórych zagranicznych posłów o bezowocnem staraniu zawarcia pokoju między Władysławem królem polskim z jednej, a zakonem z drugiej strony.

Wir Wilhelm Grafe czu Elbirstein Rath und sendebote des durchluchtigen ffursten und herren herren Lodwigs pfalczgrofes bey Reyne des heyligen Romischen Reyches Ercztrochseses et cet und hertzoges in Beyern et cet Crafft von Elkerhuwczen hofemeyster, Herleman uon Benderscheym Ritther Rethe und Sendeboten des allererwirdigsten in gote uaters und herren herren Johannis der heyligen kurchen czu Mentz Erczbischoffes des heyligen Romischen Reyches Erczcancellers in dutschen landen et cet Thomas Mas Canceller, Hannes uon Nuwkirche Ritthere, rothe und sendeboten des Erwirdigen in gote uaters und herren herren Conradts der kirchen czu Breslaw Bischofes und hertzoge in Slesie et cet. Conradt Bischoff der Stadt czum sunde Burgermeyster et cet. Bekennen mit diesem uffenem briefe das in der iarzahl unseres herren uyrczenhundert. In der achtczehenden uyrczen tage noch sente Michels thage ein fruntlicher tag gehalden ist uff der Mymel under Welun czwuschen dem Allerdurchluchtigsten ffursten und herren herren Wladislav konyuge czu polan und dem Irluchten ffursten herren Alexandro anders Wytowdt Grossfursten czu littawen und Russen et cet. Iren hellfern und beylegern uon eyne und dem Erwirdigen und geistlichen herren herren Michel Cochmeyster hoemeyster dutschen ordens seyme gannczen Orden helfern und beylegern uom andern teile alldo czu arbeitende umb eynetracht und frede uff welchem fruntlichen tage

haben sich die sachen also verlowffen noch mancherley uorderungen, antworten und wederreden so schigten die obengeschrebene herren ffursten czu dem herren homeyster Ire achtbare Rethe uff das werder seynes legers in der Mymel gelegen also werbende wolde der herr homeyster geneiget seyn czu frede Szo wolden Ire herren des gleichen auch thun unde uns des willen dassz der ewige ffrede diste bas gehalden wurde mit grenitzen et cet. so uorderten sie die landt Samayten et cet. Sudawerlandt halb et cet. das Slos Nessaw et cet. das landt Michelaw unde die dorfere Moryn, Orlaw et cet mit allen iren czugehorungen ewiglich abeczutreten der oben genanten herren konynge unde hertzoge sindt das In eyn sulchs und dennoch mee uor czeyten geboten weer. Ouch worben sie alze der here homeyster meynt dem Briefe des ewigen fredes czu Thorun gemacht noch czu geen et cet. der were obirfaren uon dem Orden und wollden dem auch uorbass nycht halden Sunder als Iren herren digke angeboten were die sache czu bleyben an unssern heyligen uatter dem babste noch usweisunge desselben fredebrefes czu Thorun wend inn der oben geschreben unser heyliger uater nulich an das ampt kommen weer und uil czu schigken hette unde kunde sulcher sachen nicht uffgewarten uon anderer notliche gescheffte wegen der heyligen kirchen Ouch wurden sachen gar lange uorczogen In seyme hoffe und uffte bey czwenzig adir dreyszig iarn nicht ende nemen, umb des willen so wolden Ire herren gerne Irer sachen bleyben bey dem allerdurchluchtigsten ffursten und herren herren Sigismundo Römische und Ungerische et cet. konynge das der macht hette die czu richten in fruntschaft adir im rechte welches her welde, doch das das ein ende neme hye czwuschen dem neesthkommenden sente Margarethen thage als der frede denne usgeeht et cet. Doruff antworte der herr hoemeyster das her die seynen schigken wolde des andern thags den obenegeschreben herren fursten In irer keginwortickeyt czu antworten durch und mit den seynen unde als wir uorgenannten gesandt wurden uon deme herren hoemeyster mit uil andern wirdiger prelaten, ritthern, knechten und ouch des Ordens und qwomen ken Welun und wolden denselben herren fursten geantwort haben uon des herren hoemeysters wegen do woren die herren fursten hinweg Sunder sie hatten etzlicher Irer Rethe do gelossen die antwort czuuorhoren, den auch also ward geantworth. Czum Irsten als sie gefordert hetten uil landt und luthe die der Orden dach uil iare Inne und her bracht hatt in gutem langen besitzen, dor obir ouch der Orden gutte beweyszunge hette mit briffen und mit herkommen und sunderlich der richtbriff czu Thorun gegeben eygentlich usweiset, den die obenegeschreben Irluchten fursten und herren selbis mit Irer

Maiestet ingesegile uorsegilt hetten und sich uorschreben und glowbt mit eren und treuen czu halden mit Iren prelaten fursten und Edelingen und Steten der landen Polan und littawen die do mete uorsigelt haben mit sebin und dryssig ingesigeln den selben briff der Allerdurchlauchtigste uorbenumpte ffurste and herre et cet Romischer und Ungerischer konyng et cet. unsszer genediger herre mechtig und unuorbrochlich usgesprochen hat und georteilt ouch under seyner Maiestet ingesegel und wir boten die selben rethe an Ire herren czu bringen den Orden dobey lasen czu bleyben Ouch so were In sulch gebot ouch ny anders gescheen denne do sie das arme landt prewssen czum audirn mole mit gewalt angriffen und obirczogen haben solche recht und redliche geboth die In geboten woren . uff das sie uon mort und brandt und kirchen uorwustunge uffhorten das sie ye nicht wolden uffnemen sonder gar uil mee mordtens, brandtes und kirchen uorstorunge meerten. Ouch haben sie selbins bekanth das das nicht czu der czeyt wart uffgenommen abir als Ire herren meynten Irer sache genczlich czu bleyben bey unsserm genedygen herren dem Romischen und Ungerischen et cet. konynge In der fruntschaft adir im rechten welches her wolde synt der ufftegenannte unsser heyliger vater der Pabst nicht mussze hette uor andern gescheffteu et cet. und die sachen lang uorczogen mochten werden et. cet. Dor uff antworten wir uon des homeysters wegen das der ufftegenannte unsser genediger herre Romischer und Ungerischer et cet. konyng uor usgesprochen hette bey dem usspruche sie nicht welden bleyben und uorslugen den als uorberurt ist, nu were czu uorchten das desir abir nicht gehalden wurde. Ouch hatten sie uor czeyten gesprochen sie horten nicht under das Romische reych Sunder under des Pabstes gehorsam. So meynten wir ouch dar nymandt byllichen denken sulde umb heengelegte uorrichte, uorschrebene und uorbriffte sachen uon nuwes eynen hindergank thuen und were ouch nicht recht. So were ouch der Orden des ufftegenaunte herren Romischen und Ungerischen et cet. konynges nicht mechtig seynen genaden eine genannte czeyt czu setczogen czu eyme ussproche wend seine genade hette uil czu schigken uon des heyligen reiches wegen Sunder der herre homeyster wolde alle seiner sachen gerne bleyben im Rechten bey dem ufftegenannten unsserm heyligen uatere dem Pabste der beyder partheie obrister richter were und das seine heilickeyt einen nemelichen thag beyden theylen setcze uff deme sie Ire beweysunge welcherley sie weren uorbrengen mochten und dor obir seinen ussproch thete als der allererst gescheen mochte. Ouch so hette seine heilickeit gesprochen das Im dese sache under andern sweren sachen der cristenheyt uaste anlege und hette ouch

fruntliche tage uff den neest uorgangenen sente Symonis und Judice thages dor umb gesatzt uff den seine heyligkeyt die seynen wolde dorczu schigkent haben die selbin tage die obegenannten herren fursten abeslagen und nicht warten wolden sunder der herre homeyster hette die gerne gehalden als her In das ouch hette geschreben doch umb grossers gelympfes und ouch umb des willen das beyde heupt der cristenheyt solche sachen richten und in ewigen czeyten bleyben solden unuorbruchlich. So boten wir uon des herren hoemeysters und seines Ordens wegen aller sachen und czusproche die eyn teil wedir das ander haben mochte czu bleyben in dem rechten adir in der fruntlikeyt umb alle umberichte sachen bey dem uilgedochten unsszerm heyligen Vatere dem Pabste und dem Allerdurchluchtigesten herren fursten Romischen und Ungerischen et cet. konynge unsserm genedigen herren Adir an unsserm heyligen Vatere den Papst und seine Cardinales adir an den ufftegedochten Allerdurchluchtigesten fursten, herren Romischem und Ungerischem et cet. konynge und des heyligen Romischen Reyches korfforsten adir an den obenegenannten unssern herren Romischen und Ungerischen et cet. konynge und an die Allererwirdigsten in gote vatere und herren herren . . . Erczbischoffe der heyligen kirchen mentz, Tryre und Colln und an den Irluchten ffursten und herren hertzog Lodwig pfalczgrafe bey Reyne et. cet. des heyligen Romischen Reyches korffursten Adir an die uire obengenannten unsser herren korfursten alleyne die do czu wol beyeinander sein gesessen. Adir an die Irluchten ffursten und herren hertzog Rudolf von Sachsen, herren Marggraf Frederich czu Brandinborg und herren Marggraffen Frederich und Wilhelm czu Meyssen. Adir an die Irluchten fursten und herren herren Ernst, Willehelm und Heynrich herteczogen des achtbaren huwszes von Beyern die ouch bey eynander sein gesessen. Adir an die Irluchten fursten und herren herteczog Lodwig von Beyern und pfalzgrafe et cet. von Frankreich genanndt und Marggrafe Bernhard von Baden und an den herren und Grafen Ewirhart von Wurtemberg die ouch wol bey einander sein gesessen. Adir an die geistlichen fursten und prelaten czu Wirczborg, Bobenberg und Eysteten der kirchen bischoffe die ouch wol dor czu gesessen sein. Allsampt unsere gunstige gnedige herren. Adir an die achtbaren stete die die hensze genanndt sein do uil Erbarer und Achtbarer und weyse luthe dorinne seyn. Ouch als die obenegeschreben fursten sprechen das der herre homeister und sein Orden den uorgerurten briff des ewigen fredes czu Thorun gemacht gebrochen haben und meynen den dor umbe nicht czu halden. Doruff haben wir geantworth von des herren hoemeysters wegen das her und die seynen den gehalden

haben und noch halden und ouch dem selbin briffe noch geen wellen und haben ouch alle czeyt das geboten abir dem selbin briffe und ewigen freden haben die fursten kegen den herren hoemeyster und dem Orden nicht genug gethan und der herre hoemeister wolde des ouch gerne bleiben bey den uorgeschreben fursten und herren In der obenusgedruckten weyse wurde uon den dirkannt das sie unmechtig sulden seyn adir weren . der herre homeyster wolde gerne dor uon lasszen. Wurden sie aber mechtig geteilet das Is ouch dor bey blebe, dor obir so boten wir den Erwirdigen in gote uatere und herren herren Theodoricum Bischoff czu Darpt, der denselbin thag beworben hatte, und do bey als ein mittler was das seine uaterlicheyt solche so grosse irbitungen die wir uon beuelunge des herren hoemeysters und des gauntzen Ordens gethan hetten geruchte czu herczin nemen unde der gedechtig sein und woste seine uaterlicheyt an der bequemere und redlicher weyse czu frede gnade und fruntschaft das her die durch gottes wille uorgebe und offenbarte . der homeyster und sein Orden wellen die ouch gerne uffnemen et cet. und als der herren ffursten rethe dese sulche antworth uon uns innegenommen hetten furbas an Ire herren die czu brengen. Szo sandten dor noch des andern thages die obenegenannten herren fursten Irer schreiber eynen czu dem herren homeyster mit eyner sulchen antworth das die herren fursten semelicher des hoemeysters irbitungen keine uffnemen welden sonder irer sachen bleyben welden noch irer erstuorgegebenen weyssen alleyne bey dem ufftegenannte herren Romischen und Ungerischen konynge Went seine herren die underscheit der uorbenumpten fursten und herren also us slechten worten nicht gedechtig weren et cet. und dorumb so sante der herre homeyster alle die obenusgedruckte dirbitunge den selbin herrin fursten uorslossen unde uorsegelt in seinem briffe und dirbot sich dor obir an dese nochgeschrebene fursten und herren An hertczog Hannos und hertzog Otthen czu Beyern und Pfalczgraffen et cet. unde an herren hannos Burggraffen czu Nurmberg, Adir an die Irluchten fursten und herren herren Ernst, Frederich und Albrecht hertzoge czu Osterreich, Adir an die Irluchten fursten und herren herren Reynoldum czu Geln und czu Gulich hertzog und herren Alff hertczog czum Berge und den Irluchten fursten hertzogen czu Clewen, ouch allsampt unsere gonstige genedige herren und der herr homeister bat uon dem herren konynge uon Polan und herren hertzoge Wytawdt des eyne brifflich antworth, die Im bis uff disen heutigen thag nicht ist wurden czu bekenntnisse deser obengeschrebene und das sich die allso uerlowffen haben. So haben wir uorgenannte unssere Ingesegele an disen briff mit rechter Wissenschaft

lassen hengen. Der gegeben ist uff dem howsze Marienberg am santage nach Allir gotes heyligen thage In der obenegenannten iarczal gottes des herren.

IX.

Annus 1418.

Epistola hominum equestris ordinis et civitatum Prussiae ad regem Poloniae, ratione actorum in Concilio Constanciensi.

Rok 1418.

List ślachty i mieszczan pruskich do króla polskiego z powodu działań soboru Konstancyeńskiego.

Dem Allerdurchluchsten Fursten vnd Grosmechtigen gnedigen Herrn Wladislao koninge czu Polen Obirsten Fursten czu Lytwan etc. vnd Erblinge czu Russen Empitten wir Rittere vnd Knechte vnd Stedte der Lande czu Prussen etc. Demuttigen vnsir willige dirbeitunge an euwer koniglichen gnaden vor emtpfangen Allerdurchluchster Furste Grosmechtiger koning vnd gnediger Herre ewir Hochwirdigkeit Brief der an der Mitwochen vor der heiligen Apostelen tage Simonis vnd Judă czu Tracken Gegeben vnd vns vorbrocht ist, haben wir wol vornomen vnd vnder andern reden dorinne dorczalt wirt, mit was arbeit vnd fleissein euwer Grosmechtichtikeit Sendeboten im Concilio zu Costnitz sich gearbeith haben vmbe einen ewigen Frede den czu befolgende mit vnserm gnedigen Herren Homeister vnd sinem Orden etc. Grosmechtiger Herre koning wir vornemen wie die sachen czu Costnitz sich derfolget und wies sich des ne gedachten vnsirs gnedigen Herrn Homeisters Sendeboten aldo ergeben haben, das sie nicht alleyne vnserm allerheiligesten Vater deme Pabeste vnd seinen Cardinalibus sunder auch den Nacionibus vnd sust vaste vil andern hochwirdigen fursten vnd Herrn Beide Geistlichen vnd wertlichen, also offenbar vnd clar das vns nicht fuget noch not ist forder davon zu scriben Aber als euwer

durchlauchtigkeit ouch nu schriebet wie euwer gnade vf dessen nechst gehalden tage vnde welin vnsern gnedigen Herren Homeister vnd den seinen mogeliche weisen vnd bequeme wege der eyntracht vnd des fredes hetten lassen vorgeben. Allerdurchluchtigster Furste wir sien von vnsern Eldesten dessen Landes der nicht wenig ist vnd nemlich ouch Gesten vnd fremden der schrifte wir geseen vnd gehort haben die vf deme tage alsamt gewest sien, Bedutlichen das berichtet das vnser gnediger Herre Homeister mit so grosser demut, als her immer mocht lis entgegen gehn mit entwertungen vf die Gewerb die von den Euvern aldo vorgegeben wurden vnd vfs letzte gar mogeliche redeliche vnd creftige derbietunge muntliche hat lassen thun die seine gnade auch in Schriften sante euwer koniglichen Hochwirdigkeit vorslossen in seynen briefe Aber sind wir nicht wissen ap euwern gnaden ymand anders icht vorbracht hat Adder ap vnsirs gnedigen Herren Homeisters schrifte mit seiner dirbietunge euwer konigelichen Grosmechtigkeit sein vorkomen So senden wir nu die Abeschrifte des Briefes und derselbigen derbietunge unsers gnedigen Herren Homeisters und der seinen von nuwens bie desem Briefe euwern koniglichen gnaden die wir biettem mit andachtigen fleissigen beten wil ewer konigliche Hochwirdigkeit semeliche vnsirs gnedigen Herrn Homeisters derbettunge in deser weise als die in desen beigesanten Schriften ist vs gedrucket. Hewthes tages vfnemen, das gerucht Hochwirdiger Herre koning vnserm gnedigen Herren Homeister nach daruff czu schriben entlichen euwer antwort Wir wellen unsern Herrn Homeister so getrwlich anlegen, vnd wissen in mit den seinen zu sotaner redelichkeit, so gewis das seyne gnade der Irbietunge vnczwiefelich genug tut, die vmber gescheen ist mit rate der wirdigen seines Landes Prelaten vnd dar nehst mit seines Rathes gebietigern vnd den Eldesten vom Lande vnd Steten deses ganczen Landes etc. die mit Im gewest sien vf deme tage vortme Hochwirdiger gnediger Herre vns hat der strenge Hanns Birkenhaupt euwir gnaden Hauptmann zu Bromberg gesand euwer konigliche Briefe mit den seynen die entlichen eyne sulche clausula korczlich inne halden, das durch vns euwer Briefe nicht vorholen sunder obirall vorkundiget wurden und ap wir die vorpusschen wolden, so mochten sie doch nicht verswegen bleiben vnd sulden vns auch gedacht werden etc. des so haben wir Rittern knechten vnd Steten deses Landes dieselbigen Briffe lassen vorbrengen und auch lesen nach der aller Rathe vnd gutduncken schriben wir daruff desse antwurt euwer gnaden vnder vnser hernachgeschreben Hanns von logendorfs Ritter vnd landrichters des colmischen Landes mit samt der Stette Colmen vnd Thorn Otto von Mach-

witz Ritter vs dem gebiethe czum Elbinge mit samt der Stadt zum Elbinge Niclas Tolkes Ritthers mit samt der Stadt czu konigsbergh Asweren Landrichters im Gebiethe czur Schwetzen mit samt der Stadt czu Danzig angedruckten Ingesiegeln der wir gebrucht haben czu der czyt im namen der andern Rittern und Knechte vnd Stedte deses Landes. Gegeben zum Elbinge am Tage Conceptionis Marie der Achtbaren Juncfrauen im XIIII^Cden vnd im XVIII^den Jare.

Caput XI.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de Anno 1419.

Rożdział XI.

Akta dyplomatyczne za panowania Władysława Jagiełły, z roku 1419.

I.

Annus 1419.

Conditiones pacis a rege Poloniae, a Magno duce Alexandro (Witowdo) et a ducibus Masoviae in Conventione Gnievkoviae ordini porrectae.

Rok 1419.

Warunki pokoju od króla polskiego, od wielkiego księcia Alexandra i od książąt mazowieckich na zjeździe w Gniewkowie zakonowi podane.

Ista sunt petenda ex parte Serenissimorum principum dominorum Wladislai Regis Polonie et Alexandri magni ducis litwanie ac dominorum Janussii et Semouiti ducum Mazouie necnon Reuerendissimorum patrum dominorum Nicolai Archiepiscopi Gnezneñ. et primati, Jacobi Ploceñ. et Johannis Wladislauieñ.

Episcoporum etc. et Coadiutorum ipsorum in effectu perpetue concordie per nunccios domini nostri pape si deo placebit faciende. —

Primo et principaliter, Quod Ecclesie Cathedrales videlicet Gneznen. Wladislauien. Plocen circa eorum bona jura et priuilegia et libertates per magistrum et Ordinem conseruentur et pro dapmnis Ecclesiarum predictarum fiat per eosdem magistrum et ordinem recompensa pro ut hoc ipsum tunc dum predicti Serenissimi principis Rex et wytawdus exercitualiter in prusia fuerant in oblacionibus per ipsos cruciferos eisdem Serenissimis principibus factis et exhibitis continetur.

Item easdem oblaciones quas tunc fecerunt predicti Cruciferi ipsi clarissimi principes nunc volunt propter bonum pacis perpetue faciende et firmande acceptare, in primis quod Castrum Zlotharia, quod in scandalum et contemptum Regie majestatis demolitum est reedificetur.

Item quod terra Michilouien cum Castris Nessaw et Jesnitz cum omnibus villis et pertinenciis ipsorum necnon villis Morzynaw Orlaw et Nowawes et cum medietatibus fluuiorum drewancie, Wysla, ac Molendinis in lubitz et aliis ubicunque in eisdem fluminibus et in Terra et circa castra predicta erectis et nauigiis ac emolimentis et utilitatis singulis Serenissimo principi domino Regi et Regno ipsius debent remanere.

Item predicta flumina erunt pro limitibus perpetuis inter terras regni et Regis ac Terras pomeranie et Culmen pro ut in antea semper fuerunt in ipsorum fluvium medietatibus Ita quod vniuscuiusque partis medietas vtrorumque fluminum sit limes perpetua notabilis atque firma prout coram Benedicto de Macra sufficienter est probatum.

Item limes Terre Mazouie iuxta tenorem litterarum Magistri et Ordinis in suo robore permaneant ac eciam conseruentur pro ut etiam coram predicto Benedicto super eisdem limitibus sufficienter est probatum.

Item de Castro dryzno dominus Rex non vult quidquam agere coram domino Rege Romanorum sed petit hoc Castrum ab ordine quia idem ordo per violenciam tenet illud ante gwerram primam tempore pacis occupatum et antiquam Rex Romanorum nouam Marchiam ipsis dederat in obligationem.

Item in partibus Litwanie et Samaytharum incipiantur limites et Marisalso vsque ad fluuium Memel Ita quod Castrum Memmel maneat prout est in terra Samaytharum, et ipsa Terra Samaytharum cum eodem Castro perpetuis temporibus circa dominos Regem et Magnum ducem litwanie remaneat conseruata et ascendatur. Idem fluuius sursum usque ad introitum fluuii Scheschoppa et as-

cendendo sursum eundem fluuium Scheschuppa usque ad introitum fluuii Scherwinta ac ascendendo sursum fluuium Scherwinta usque ad introitum fluminis lieppuna continuando eundem fluuium sursum usque ad oppositum lacus dicti Gwyesricz Ita quod lacus maneat circa Ordinem et ab eodem lacu directe transeundo per solitudines recte et directe ad loca nemorosa et deserta usque ad lacum qui dicitur Camen et ab eodem loco vsque ad limites terrarum ducum Mazouie quo ad unam partem. Item ad aliam partem inter Terras Samaytarum et Liuonie continuando in marisalso usque ad introitum fluuii qui dicitur A. et ascendendo eundem fluuium sursum usque antiquas grenicies terrarum predictarum et easdem obseruando inter terras Samaytarum et Russie per eundem magnum ducem litwanie possessas et terras liuonie predictos limites designantur et describuntur. —

Item ordo ultra premissa omnia exhibuit et voluit dare quadringenta milia grossorum latorum prageñ. sexagenas quas dominus Rex nunc vult acceptare cum illis prescriptis et ad formam debitam reducendi Ita quod omnibus aliis que per concordiam in Raczans et Thorun facta et ordinata fuere et in nichilum redactis ad noue intemerateque et inviolabilis concordie, ordinem modum et formam ac inscriptione inter ipsos Serenissimos principes dominos Regnum terras et dominia ipsorum ac eorum Coadiutores, ac eosdem Cruciferos Terras et dominia eorum procedatur et quod circa firmacionem eiusdem pacis perpetue tales modi inveniantur per quos nullo modo eadem pax posset violari molestari perturbari.

Postremo dum hec omnia prescripta ad finem optatum deducentur predicti Serenissimi principes Terras Pomeranie et Culmeñ infra limites regni polonie consistentes ad ius ad judicium offerunt et volunt se remittere Judicioque et decisioni subici stare domini nostri pape concilii aut proborum quinque virorum perpartes ad hoc specialiter eligendorum.

Primo respondetur super terris Pomeranie Colmeñ Michelouieñ et aliis citra flumen wysla in regno polonie quod ordo fulcitus est pluribus priuilegiis et litteris autenticis.

Primo quorumdam regum Johannis et Karoli Bohemie et hungarie regum qui fuerunt arbitri et arbitratores inter regem kazemirum et regnum Polonie ab vna et Magistrum pro tunc et ordinem partibus ex altera.

Item litteris prefati regis Kazemiri.

Item ducum Mazouie.

Item omnium prelatorum tocius regni Polonie

Item omnium ciuitatum notabilium tocius regni Polonie

Item Abbatum et Abbatissarum regni Polonie

Item litteras confirmationis moderni regis Polonie omnium priuilegiorum que ordo habet a suis predecessoribus et regno polonie.

Item littera super perpetua pace facta inter regem modernum polonie et ordinem ante Thorun.

Item compromissum et pronuncciacionem moderni domini Regis Romanorum et Hungarie vigore quorum dictas litteras pacis perpetue in omnibus suis punctis et articulis declaret esse perpetuas et confirmat.

Item specialiter super terra Colmeñ respondetur quod ordo habet litteras ducum Mazouie donacionis eiusdem.

Item confirmationes Papales et Imperiales super donationem et litteris eisdem

Item super castrum dryzen respondetur quod spectat ad Marchiam Brandenburgeñ. et illa ratione dominus Rex Hungarie protunc etiam Marchio Brandenburgeñ. scripsit alias domino generali quod defensio feudi spectaret ad eum tamquam ad Marchionem Brandenburgeñ.

Item ordo emit illud castrum a quodam vlrico von der Ost delicencia domini feudi super quibus videlicet empcione et feudo ordo habet bonas litteras

Item super limitibus dominorum ducum Mazouie inspiciantur littere utriusque partis super hujusmodi limitibus et si ibi sit aliqua dubitatio uel defectus ordo offert se ad amicabilem compositionem

Item super Castrum Memmil respondetur quod illud Castrum nunquam spectabat ad terram Samagitarum sed ad terram Curouieñ. et ordo habet bonas litteras quod castrum ad eum spectat.

Item ad estimationes dampnorum et penarum Respondetur quod ipse ordo plura dampna passus est et quod rex et regnum incurrit penas et non ordo.

II.

Annus 1419.

Rex Poloniae scribit Episcopo Vratislaviensi, regem Romanorum sibi ipsi prohibere, quominus ordini in subsidium contra regem et magnum ducem Witovdum subditis suis transire permittat.

Rok 1419.

Król polski pisze biskupowi wrocławskiemu, iż król rzymski zakazał mu (t. j, biskupowi) aby niepozwalał poddanym swoim iść na pomoc Krzyżakom przeciw królowi i wielkiemu księciu Witowdowi.

Reuerendo in christo patri domino Seniori Episcopo wratislauiensi dei gracia fratri nostro carissimo etc.

Wladislaus dei gracia Rex polonie Litwanieque Princeps Supremus et heres Russie etc.

Preclare princeps Illustris frater carissime Serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum Rex et Hungarie frater noster carissimus suis nobis insinuauit Epistolis Quomodo Imperiali auctoritate et edicto tamquam Romanorum Rex qui tunc debitum sui exequitur officii dum dissensiones in vnitate componit bella deponit et diffidentium animos vere caritatis federe reformat, fraternitati vestre et aliis per Orbem principibus christianis Romanis subiectis Imperio prohibuit ne subditis suis cuiuscunque status dignitatis conditionis aut eminentiis vel aliis personis extraneis contra nos et Inclitum fratrem nostrum ducem Wytoldum ac Regnum terras dominia nostra et nostros Coadiutores subditos adherentes et fautores in subsidium Cruciferum de prussia transire permittant uel aliqua auxilia exhibeant uel fauores, Ad quorum executionem pro nostra justitia fraternitatem vestram sinceris affectibus invitamus et Rogamus ex desideriis postulantis ut nobis uota vestra et animum inpremissis scriptis vestris velitis sinceriter aperire et circa hec honorabili Nicolao Stampothe Notario nostro deuoto dilecto quem plene nostris intencionibus docuimus vestre fraternitati per ipsum refe-

rendum fidem adhibere creditiuam. Datum Sandomirie sexta feria proxima post dominicam Inuocauit Anno domini Milesimo Quadringentesimo decimo Nono.

Ad relationem venerabilis domini Johannis decani Cracouiensis Regni polonie vicecancellarii.

III.

Annus 1419.

Rex Poloniae certiorem facit magistrum generalem, se ad conventum a pontifice maximo praescriptum proficisci non posse, quia regi Romanorum Sigismundo promiserit, se venturum esse ad conventionem ab illo praefixam.

Rok 1419.

Król polski uwiadamia mistrza wielkiego, że zjazdu naznaczonego od papieża przyjąć nie może, ponieważ Zygmuntowi, królowi rzymskiemu obiecał, że się stawi na zjeździe przez niego wyznaczonym.

Venerabili et Religioso Michaeli Cochmeister Ordinis Sancte Marie domus Theutonicorum in Prussia etc. —

Wladislaus dei gratia Rex Polonie Littwanieque Princeps Suppremus et heres Russie etc. —

Religiose venerabilis amice noster. Recepimus litteras vestras nuperrime cum quibus nobis cuiusdam Bulle domini nostri Martini pape Copiam direxistis interclusam a nostra cupientes majestate experiri. Si termino Conuencionis in Bullis prefati domini nostri pape nobis constituto voluerimus interesse Noueritis nos similes Bullas a prefato domino nostro nobis et Illustri fratri nostro domino Alexandro Magnoduci littwanie etc. missas a certo Nuncio ipsius domini nostri ipsa die dominica Invocauit recepisse. ad quas sue sanctitati continue per nostrum nunccium specialiter sicut nobis tunc occurrit sufficienter respondimus. Verum

quia priusquam littere sanctitatis sue nos preuenissent diem Conuentionis quam Serenissimus frater noster dominus Sigismundus Romanorum et Hungarie Rex etc. secum nobis super dominicam letare nunc instantem in Terra Sepusień. prefixit assumpsimus, ad quam eciam ipsa vestra sinceritas putamus sicut quadam relatione docemur intererit, vel mandatum sufficiens destinabit ad eandem, Nam ipso domino Sigismundo Rege etc. postulante per Johannem Stemberski Cubicularium nostrum Sinceritati vestre seu illi uel illis quem vel quos ad Conuencionem huiusmodi duxeritis dirigendum . saluum conductum nostrum concessimus Et cum in re iter iam ad conuentionem cum prefato domino Sigismundo celebrandam apprehendimus. Conuencionem nobis per dominum nostrum papam predictum primam amplectentes ad quam nos prima obligacionis stringit necessitas obmittimus. Datum in Nouaciuitate feria quinta proxima post dominicam Reminiscere Anno domini Millesimo Quadringentesimo decimo nono.

Ad relacionem venerabilis domini Schaffranecz decani Cracouień. Regni Polonie Vicecancellar. —

IV.

Annus 1419.

Rex Poloniae promittit, se sponte recepturum in arbitrium Sigismundum regem Romanorum, in negocio suo cum ordine.

Rok 1419.

Król polski obiecuje, że dobrowolnie przyjmie na polubownego sędziego Zygmunta, króla rzymskiego, w zatargach swoich z zakonem.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie littwanieque princeps supremus et heres Russie, significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis Quomodo dissensiones, bella, gwerras, lites, rancores questiones et odia uolentes euitare, ad pacem aspirare, et In quietis dulcedine pacis colere autorem, de Iusticia, equi-

tate, iuriscultura fide et pericia Serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum et Ungarie Regis ffratris nostri carissimi quibus multipliciter Illustratis bene confidentes in ipsum de alto et basso, dolo et fraude quibuslibet cessantibus, nostro et Illustrium principum dominorum alias Wytawdi magni ducis littwanie fratris nostri charissimi Johannis et Semouiti ducum Mazouie Coadiutorum et subditorum nostrorum nominibus Compromissimus et Compromittimus per presentes et omnes huiusmodi Compromissi pro bono pacis et Concordie sponte in se recipientem tamquam in arbitrum arbitratorem et amicabilem compositorem de et super omnibus et singulis caussis terris Castris fortalicijs granicijs, limitibus, litibus dissensionibus discordijs diplicencijs, controuersijs Rancoribus aliis pactorum, stipulatorum, Contractuum federatorum et pacis perpetue lesionibus Conceptorum, susceptorum, promissorum et stipulatorum, iurium, libertatum, priuilegiorum, litterrarum uiolacionibus, granicijs diffamacionibus infamacionibus detractionibus grauaminibus interesse dampnis impensis et expensis Et generaliter super omnibus et singulis accionibus obligacionibus iuribus, querelis, Concordijs, tam in Thorun quam alibi quandocunque peticionibus et alijs rebus et questionibus quibuscumque preteritis et presentibus inter nos ex una et Venerabilem fratrem Michaelem Cuchmeyster Magistrum generalem Ordinis Cruciferorum de Prussia et ipsius Ordinem parte ex altera quomodolibet factis motis et exortis dantes et Concedentes eidem domino Sigismundo Romanorum et Hungarie regi et cet. plenam et omnimodam potestatem quod possit sumarie, simpliciter et de plano sine figura et strepitu iudicij lites, controuersias, Contenciones dissensiones, displicencias questiones et quascumque caussas preteritas et presentes inter nos et cet. et predictum Magistrum et Ordinem et cet. quomodolibet subortas ut perfertur et omnia alia Contingencia dependencia ex eisdem audire et legitime examinare et in et super omnibus et singulis declarare pro sue libito uoluntatis quibuscumque horis et temporibus diebus feriatis uel non feriatis partibus presentibus uel non presentibus, uocatis uel non uocatis iuris ordine et solempnitate seruatis uel non seruatis uerbo uel in scripto, stando uel sedendo, simul uel diuisim diffinieudo, ordinando, arbitrando componendo uel alias quomodolibet denuo faciendo prout sibi melius uidebitur expedire. Infra hinc et festum sancti Michaelis Archangeli proximum inclusiue prolataque Corrigere, declarare et interpretari. prefatus dominus Sigismundus Romanorum et Hungarie Rex ualeat qualiscumque ex eis dubietas uel obscuritas iminebit inter partes nostram uidelicet et Magistri et Ordinis predictorum promittentes pro nobis et supradictis principibus dominis Alexandro alias Wytawdo magno duce

littwanie Johanne et Semouito Ceterisque Coadiutoribus et subditis nostris bona et sincera fide absque dolo et fraude Arbitrium laudum, ordinacionem concordiam et composicionem amicabilem quidquid super premissis et quolibet promissorum idem dominus Sigismundus Romanorum et Hungarie Rex et cet. duxerit faciendum, acceptare, ratificare, emolgare, ratum gratum habere et seruare, ac eis parere ac acquiescere nec in aliquo contrauenire de iure uel de facto quoquomodo nec umquam a pronuncciacione sentencia ordinacione et Concordia per dictum dominum Sigismundum Regem et cet. faciendum appellare et super hijs uel ipsorum aliquo Concurrere ad arbitrium boni uiri aut ea petere reuocare uel moderari nec racione persone dicti Sigismundi Regis et cet. arbitri, arbitratoris et amicabilis Compositoris nec racione rerum de et super quibus Compromisimus uel alia racione nos opponemus contra dictum Compromissum uel contra dictam sentenciam ordinacionem, pronuncciacionem, et Concordiam dicti domini Sigismundi Romanorum et Hungarie Regis qualitercumque procedat uel qualitercumque proferat suum arbitrium uel sua mandata siue seruet iuris ordinem siue praetermittat sub pöna per eumdem dominum Sigismundum Regem et cet. Arbitrum Arbitratorem apponenda et uallanda. Que quidem pöna apponenda uel uallanda tociens committatur et exigatur quociens contra predictum uel aliquid predictorum uentum, factum non obtemperatum aut non paritum fuerit per se uel per alium uel alios quoquomodo. Qua pena commissa et exacta semel uel pluries soluta uel non soluta aut exacta. Nichilominus omnia et singula premissa in sua semper remaneant firmitate. Renuncciantes insuper omnibus appellacionibus ac omni auxilio iuris canonici uel ciuilis omnibus excepcionibus membranarum allegacionum, rancorum et ceteris beneficiis iurisfacti et proprie legibus seu consuetudinibus quibus possemus facere uel uenire contra Compromissum predictum ac omnibus que huiusmodi Compromisso possint obici uel opponi et specialiter clausulis punctis et Condicionibus in quibus paccionibus, litteris, federibus concordacionum Contractibus preteritis expressis et positis et alijs in contrarium facientibus quibuscumque . harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum Caschouie octauo die mensis Maii Anno domini Millesimo quadringentesimo decimo nono.

V.

Annus 1419.

Testimonium notarii, Vladislaum, regem Poloniae, Casseviam cum rege Romanorum Sigismundo convenisse et ibidem frustra adventum magistri generalis exspectavisse.

Rok 1419.

Zaświadczenie notaryusza, że Władysław król polski do Kaszowa z królem rzymskim Zygmuntem przybył i tamże nadaremnie na przybycie mistrza wielkiego oczekiwał.

In nomine domini Amen. Sub anno natiuitatis eiusdem Millesimo quadringentesimo decimo nono Indiccione duodecima, die uero prima mensis Junij hora terciarum uel quasi in Castro Rogehuzen Pomezaniensis dioceseos pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini diuina prudencia pape quinti Anno eius secundo In mei notarii publici et testium subscriptorum presencia personaliter constitutis uenerabilis et religiosus dominus frater Heynricus de Rykeritz Magnus Commendator Ordinis beate Marie theutonicorum Irlimitani habens et tenens in suis manibus quamdam litteram missilem Serenissimi principis et domini domini Wladislai Regis polonie in cartha papirea scriptam et ut dicitur Reuerendo in Christo patri et domino domino Joanni Episcopo Wladislauiensi destinatam ipsius domini Wladislai Regis Polonie sigillo paruo rotundo de cera comuni rubei coloris sigillatam, in cuius medio quidam clypeus in quattuor partes diuisus prima facie apparebat. In superiori parte eiusdem clypei dextri lateris quaedam ymago hominis ad modum equitantis in dextra manu tenens gladium extensum super equum sedere uidebatur. In sinistra parte eiusdem clypei aquila alis extensis ad modum uolantis apparebat, in inferiori parte ipsius clypei dextri lateris similiter aquila alis extensis ad modum uolantis uidebatur. In sinistro uero latere eiusdem clypei ymago hominis ad modum equitantis super equum sedere pro ut cognosci poterat, apparebat. littere uero circumferenciales sic legebantur. Wladislaus dei gracia Rex Polonie et cetera quamquidem litteram dominus Heynricus de Rykeritz Magnus Commendator

prefatus exhibuit et me notarium publicum infrascriptum, quatenus eamdem litteram transsumerem et in publicam formam redigerem requisiuit. Cuius quidem littere superscriptio sic legebatur. Reuerendo in Christo patri, domino Joanni Episcopo dei gracia Wladislauiensi Illustri Duci Opuliensi fratri nostro carissimo. Tenor uero eiusdem littere sequitur in hec uerba. Wladislaus dei gracia Rex Polonie et cet. Reuerende in Christo pater Illustris frater noster carissime a die quo cum Serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum et Ungarie Rege fratre nostro precare in Caschouia conuenimus, quamquam cito post recedere et ad propria redire summopere petissemus, nos de die in diem continue retinuit et recedere non permisit Et postquam ipsa dominica Rogacionum nos ultimate dimittere permisisset nouitas interuenit quod Commendator Thorunensis ex parte Magistri de Prussia ad Conuencionem huc proficisceretur Caschouiam cuius aduentum resciens frater noster predictus nos petiuit ulterius remanere et ipsius Commendatoris aduentum propter pacis commodum et utriusque nostrum bonum praestulare et cum eius petitis consensimus et nos inde non mouimus, ipse tandem Commendator feria secunda Rogacionum intrauit Caschouiam, quem idem frater noster accedens requisiuit si in eum Compromittendi et deueniendi plenam Magistri haberet potestatem, sicud et nos in eum compromisimus, Respondit Commendator se huiusmodi potestatem non habere, nec de eadem quod fuisset opportuna aliquid sciuisse, Cui rex inquit. scriuisti nam super eadem a Magistro obtinenda te apud nos in Scalicza constitutum per Illustres principes dominos ludouicum Bregensem, Rupuldum Saganensem duces et Johannem de ottingen Comitem habuimus auisatum. Commendator uero ex aduerso dixit ista non perpendisse neque concipisse de quibus si rememoratum fuisset iam ualuam Ciuitatem aggrediens Caschouiam ipsam non intrando Ciuitatem ad huc ad Magistrum pro ipsa plena potestate exigenda se reuerti uoluisse asserebat. Sicquod ipse frater noster Commendatoris rescita uoluntate feria tercia Rogacionum ad nos ueniens nobis dixit, quoniam idem Commendator ex parte Magistri et Ordinis in ipsum compromittendi potestatem non haberet, super quibus hincinde mutuis habitis tractatibus ipse frater noster dimissis nuncijs solempnibus puta dominis Przemcone duce Oppauie et Joanne Comite de Ottingen quos ad predictum Magistrum super Compromissum in eum faciendum requisiturus dirigere decreuerat. Decreuit se personaliter ad Magistrum predictum nostri intuitu sine mora uelle fatigari celeriter et festine, ut si ipse Magister in ipsum ita potenter uelit compromittere sicut et nos compromisimus bene quidem interloquatur inter nos equitatem, Si autem in eum denegabit deuenire se erga

ipsum Magistrum de omnibus excusabit ymmo personaliter ad adherendum nobis et standum nobiscum bonis et corpore eum diffidabit et in granicijs nostris stabit, nostrumque et exercituum nostrorum aduentum prestulandum pro suis armorum gentibus debebit dirigere Ungaris ut ad ipsum nobis in subsidium exercitualiter ueniat proficiscantur quod post ipsum et procedant. Et quia arbitramur quod ipse frater noster carissimus Romanorum et Ungarie Rex granicis prussie appropinquans apud nos in Raczens se deponet et ibidem permanendum pro Magistro gracia conferendi secum et tractandi destinabit. Quocirca paternitatem uestram affectuose petimus et hortamur quatenus mox uisis presentibus habitacula quaeque bene disponere et apparatus nucciorum copiosos pro ipsius aduentu adoptare debeatis ut sibi pro uestro et nostro pariter honore exhibeatis reuerencias quantum poteritis ampliores. Nam sibi in terris, Castris, Ciuitatibus et Curiis ubilibet plenam imperandi precipiendi, et faciendi dedimus facultatem, uolentes ipsius decies plus nobisipsis per nostros quoslibet officiales et subditos honorare pro grata complacencia nobis in eadem oneranda erga nos omni bono iugiter compensandum. Datum in Caschovia feria quarta rogacionum Anno et cet. XIX. Super quibus omnibus et singulis premissis prefatus dominus Heynricus de Kykeritz Magnus Commendator petiit sibi fieri a me notario publico infrascripto hoc presens publicum instrumentum. Acta sunt hec Anno, Indiccione die mense hora loco et pontificatu quibus supra presentibus ibidem strenuis et solidis dominis Nicolao de Schillingesdorff milite, Nicolao Reybenitz, Pawlo de Wyndekayn Pomezaniensis, Wratislauiensis et Sambiensis diocesis feudalibus testibus ad premissa uocatis specialiter et rogatis.

Et Ego Johannes quondam Johannis Rosenerus de Sotaw clericus Mysicensis dioceseos Imperiali auctoritate notarius publicus quia predictam litteram fideliter transsumpsi et examplificaui nihil addens uel minuens quod sensum mutet seu uariet intellectum et facta collacione diligenti hoc presens publicum instrumentum transsumptum cum originali littera concordare inueni. Ideoque hoc ipsum per me propria manu scriptum exinde confeci, publicaui, et in hanc publicam formam redegi. Signoque et nomine meis solitis et consuetis consignaui rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

VI.

Annus 1419.

Vladislaus rex Poloniae et Witowdus dux promittunt commissariis Pontificis Maximi et delegatis regis Romanorum, se observaturos treugas pacis cum ordine theutonico usque ad festum sanctae Margarethae.

Rok 1419.

Władysław król polski i Witold obiecują komissarzom Papieskim i delegowanym króla rzymskiego, że rozejmu z krzyżakami dotrzymają aż do święta Ś. Małgorzały.

Nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie, Lithuanieque princeps supremus et heres Russye et cet. et Alexander alias Witawdus eadem gracia Magnus Dux Lithwanie et cet. significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis. Quomodo ob reuerenciam omnipotentis Dei et ad honorem Sanctissimi in Christo patris et domini domini Martini pape quinti domini nostri metuendissimi. Nec non ad requisicionem et beneplacitum serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum Regis semper Augusti et hungarie, Dalmacie, Croacie et cet. Regis fratris nostri carissimi, ex parte sanctissimi domini nostri pape per uenerabiles in Christo patres dominos Jacobum Spoletanum et Ffernandum Lucensem Episcopos in Regno Polonie et partibus prussie Sedis Apostolice Nuncios. Ex parte autem serenissimi Principis domini Sigismundi Romanorum Regis et Hungarie et cet. predicti per Reuerendissimum in Christo patrem dominum Bartholomaeum dei gracia, sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopum pro parte uero serenissimi Principis domini Henrici, Ffrancie et Anglie et cet. Regis fratris nostri carissimi per venerabilem Thomam de Walden Ordinis beate Marie Carmelitarum in Regno Anglie prouincialem et Strenuum Militem Hartungum Clux, oratores et nunccios speciales solicite requisiti cogitantes ea que pacis sunt et non afflliccionis et hoc specialiter ponderantes quod non potest bene coli, nisi in pace autor pacis, interceptis omnium gwerrarum turbinibus inter nos Coadiutores, Subditos, Terras et Adherentes nostros ab una et venerabilem Michaelem Cochmeyster magistrum generalem ordinis Theutonicorum beate

Marie totumque ordinem ipsius tam in Prussia quam per Almaniam et Lywoniam Coadiutores, subditos et terras parte ab altera currentes Treugaspacis sine omni dolo et fraude sub fide et honore ac cristianice ac inviolabiliter observandas a die date presentium usque ad festum sancte Margarethe virginis proxime futurum usque ad occasum solis inclusive statuimus, firmavimus et ordinavimus et firmamus, ordinamus et roboramur tenore presentium mediante. Et ut dicte Treuge pacis firmius et stabilius valeant observari. Nos Johannes Tarnow Cracoviensis, Sandywogius de Ostrorog Poznaniensis, Nicolaus de Michalow Sandomiriensis Palatini, Mostficius de Stanschow Poznaniensis, Martinus Siradiensis, Johannes Calisiensis, Johannes Lanciciensis, Debeslaus de Oleschnicza wojniciensis, Florianus Wissliciensis, Johannes de Balicze Radomiensis Castellani, promittimus bona fide sine dolo et fraude quod ipsas treugas prefati domini rex et dux magnus et eorum adherentes in omnibus ipsarum articulis, clausulis et conditionibus, firmiter, inviolabiliter et fideliter observabunt Harum quibus sigilla nostra appensa sunt testimonio litterarum. Datum in loco Campestri exercituum nostrorum circa villam Bendzino, in crastino sancti Jacobi majoris Apostoli. — Anno domini millesimo quadringentesimo decimo nono. —

VII.

Annus 1419.

Nicolaus, archiepiscopus Gnesnensis, nec non Albertus, episcopus Cracoviensis et Jacobus episcopus Plocensis spondent, Vladislaum regem Poloniae et Vitovdum pacem cum ordine compositam non violaturos esse.

Rok 1419.

Mikołaj, arcybiskup gnieznieński, jakoteż Wojciech, biskup krakowski i Jakób, biskup płocki przyrzekają, że Władysław król polski i Witołd pokoju, zawartego z zakonem nie zgwałcą.

Nos Nicolaus Dei et apostolice sedis gracia Sancte Gneznensis Archiepiscopus Albertus eadem gracia Cracouiensis Jacobus Plotzensis Ecclesiarum Episcopi promittimus bona fide sine dolo et fraude, quod serenissimi et Magnifici principes domini Wladislaus Dei gracia Rex Polonie et cet. et Alexander alias Wytolwdus magnus dux Lythwanie treugas pacis inter ipsos Regnum, terras, ducatus dominia, coadiutores, subditos et adherentes ipsorum ab una et Venerabilem Michaelem Cochmeister Magistrum generalem Ordinis theutonicorum Sancte Marie totumque Ordinem ipsius tam in Prussya quam per Almaniam et lywoniam coadiutores, subditos, terras et adherentes eorum ab alia partibus ob reuerenciam omnipotentis dei ad honoremque sanctissimi patris domini nostri Martini pape quinti domini nostri generosissimi per uenerabiles in christo patres dominos Jacobum Spoletanum et Fferdiuandum Luzensis Episcopos in Regno Polonie et partibus Prussye sedis Apostolice Nunccios ad bene placitum autem et ex parte Serenissimi principis domini Sigismundi dei gracia Romanorum et Hungarie et cet. Regis per Reuerendum dominum patrem Bartholomeum sancte Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopum presentibus circa hec pro parte Serenissimi principis domini Henrici Ffrancie et Anglie Regis uenerabili Thoma de Balden Ordinis beate Marie Carmelitarum in Regno Anglie prouinciale et strenuo milite Hartungo Clux oratoribus ac nuntiis specialiter ad hoc missis a die datae praesentium usque ad festum et diem Sanctae Margarethae virginis proxime

futurum usque ad occasum solis inclusive, interpositas indictas, roboratas et firmatas in omnibus ipsorum articulis, clausulis et conditionibus firmiter fideliter sine omni dolo et fraude et honore Christianice et inviolabiliter observabunt et tenebunt. Harum quibus sigilla nostra sunt appensa testimonio literarum. — Datum in loco Campestri exercituum praefati domini regis Poloniae circa villam Bendziuo feria quarta in Crastino sancti Jacobi Anno domini Millesimo quadringentesimo decimo nono.

VIII.

Annus 1419.

Instrumentum pacis inter magistrum generalem Conradum de Jungingen et Witoldum, magnum ducem Lithuaniae.

Rok 1419.

Traktat między wielkim mistrzem Konradem de Jungingen i Witołdem, wielkim księciem litewskim, zawarty.

Nos frater Gerhardus dei et apostolice sedis gracia Episcopus Pomezaniensis Notum facimus quibus expedit uniuersis Quod in nostra constitutus presencia Venerabilis et Religiosus vir frater Gregorius de Bischoffwerder nostre Pomezaniensis dioeceseos Magnifici et Religiosi uiri domini Michaelis Kochmeister ordinis beate Marie domus Theutonicorum Jerosolimitani Magistri generalis Capellanus ac eiusdem ac sui ordinis ad infrascripta presens et syndicus constitutus prout de hoc plenam fecit fidem quasdam litteras autenticas Serenissimi principis domini Wladislai Regis Polonie et cet. Sigilloque ipsius magno in filis sericeis rubei et uiridis coloris impendente sigillatas, sanas et integras non uiciatas non cancellatas neque in aliqua earum parte suspectas sed omnibus prorsus uicio et suspicione carentes nobis exhibuit et pernotauit Asserensque magno subiacere periculo si huiusmodi littere propter earum uetustatem et uiarum diuersa

discrimina de loco ad locum deduci deberent quociens ad probandum Ordinis sui iusticia super contentis in eisdem necessitas exigeret. Unde nos cum instancia debita requisiuit quater easdem litteras cum decreti nostri interposicione de uerbo ad uerbum transscribi, transsumi et publicari per Notarios infrascriptos mandare auctoritate ordinaria dignaremur. Justis igitur ipsius peticionibus racionabiliter annuentes easdem litteras ad nos recepimus. Ipsasque per Notarios infrascriptos transscribendas et publicandas quantum de iure potuimus, decreuimus et facta diligenti auscultatione de litteris originalibus ad transsumpta autoritate nostra ordinaria eisdem in iudicio et extra ubique locorum standum decreuimus et decernimus per presentes. Sigillum uero predictis litteris ut premittitur appensum magnum rotundum de cera communi extra et intus. In cuius medio quedam ymago Regis sub quodam ciborio in solio Maiestatis ad modum sedentis coronam in capite sceptrum in dextra et pomum in sinistra manibus tenere uidebatur, ad dextras uero ipsius ymaginis prope sceptrum quedam ymago et in sinistro latere quedam alia ymago Regi ministrantis uidebantur in Cuius circumferencia sex clypei tres a dextris et tres a sinistris ipsius ymaginis Regis ab angelis teneri et septimus clypeus sub pedibus Regis sine angelo apparebant. In primo uero clypeo dextri lateris quedam Aquila extensis quasi alis, In secundo clypeo ejusdem lateris caput bouis cornuti et in medio cornuum quoddam lillium. In tercio clypeo lateris ejusdem media pars leonis et media Aquile uidebantur. In quarto clypeo sub pedibus Regis leo cum cauda pilosa In superiori uero clypeo sinistri lateris qui est quintus quidam Armiger in equo ad modum equitantis et gladium extensum tenentis. In sexto clypeo dicti sinistri lateris qui diuisus apparebat et in dextra parte ejusdem clypei quatuor linee et in sinistra parte uiginti stelle uidebantur. In septimo clypeo eiusdem lateris caput pilosum et barbatum ac cornutum et inter cornua quedam crux apparebant . littere uero circumferenciales prima facie sic legebantur.* Wladislaus dei gracia Rex Polonie, Nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, littwanie princeps supremus Pomeranie, Russieque dominus et heres et. cet. Tenor uero de uerbo ad uerbum sequitur et est talis. In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Summi Regis dispensatio ineffabili racione cuncta disponens inter ceteras uirtutes hanc que pax dicitur prestantiorem dignata est reputare a qua filius altissimi tamquam a digniori Rex pacificus uoluit nominari qua exsuperari preordinans omnem sensum nobis reliquit exemplum Apostatis inquiens pacem meam do nobis innuens quod in pacis amplitudine iugiter ambulemus, sine qua eciam non potest bene coli celestis medicus et auctor uere pacis. In cuius

dulcedine singuli racione fouentes merito sua loca figere debent et fundare. Proinde nos Wladislaus dei gracia Rex polonie Nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Littwanieque, princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres. Significamus quibus expedit uniuersis presentibus ac futuris presencium noticiam habituris. Quo modo cogitantes ea que pacis sunt, et non affliccionis considerantesque quod effusa contentio super principes facit eos errare in vio . et non in uia futurorum eciam periculorum dispendiis cupientes occurrere dignum arbitramur et consentaneum racioni, qualiter displicenciae, gwerrae, cedes et queque controuersie a longe retroactis temporibus exorte, Inter progenitores nostros Nos et nostros homines per terras Littwanie et Russie ex una Ac uenerabiles predecessores per tempora et tempus Magistros generales Preceptores et fratres Ordinis beate Marie hospitalis Jerosolimitani de domo Theutonica, hominesque ipsorum per terras Prussie et Lyuonie ymo nouissime Contra Venerabilem et Magnificum Dominum Cunradum de Jungingen, dicti Ordinis Magistrum generalem parte ex altera euacuarenter accionesque iniuriarum pretextu earumdem quocumque mote abolicione sincerissima tollerentur. Sed diucius aduersante pacis emulo semen iniectum sani nostri propositi in fructum surgere nequiuerat unitatis Tandem preualente altissimo Carissimus frater noster Illustris Dominus Alexander alias Wytowdus dux Littuanie et cet. Nostro et suo nominibus quendam terminum treugarum de et super pace perpetua firmanda cum dicto Ordine super fluuium dictum Memla in Insula ibidem dicta Sallin, multis uenerabilibus primoribus, Episcopis, principibus ac Proceribus presentibus utriusque partis de Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Octauo In die sancti Michaelis Archangeli solempniter celebrauit In quo partes remissionem mutuam de omnibus et singulis offensis ac iniurijs appellauerunt, et approbauerunt bona fide terminos insuper quos dictus Ordo pro se cum omnibus et singulis terris, terrulis, sitibusue interclusis dominijs proprietatibus usibus usufructibus cuiuscunque generis nichil excipiendo sic perpetuis temporibus habiturus clarius certis nominibus distinxerunt Ultimo pacem perpetuam cum adjunctis alijs modis ac condicionibus seruandis editam et racionabiliter ordinatam litteris hincinde et sigillis quam plurimis firmauerunt. Cuiusquidem compositionis tenor sequitur in hec uerba. In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Alexander de Wytowldus dei gracia Supremus Dux Littwanie et Russie uniuersis presentibus et posteris presencium noticiam habituris Salutem et rei geste ad perpetuam memoriam cognoscere ueritatem. Cum auctor pacis ad pacis et unitatis spiritum suis rigorosis monitis et mandatis sedule nos inuitet dignum ar-

bitramur ut inueterate displicencie, gwerre et offense contra Venerabilem Ordinem beate Marie Jerosolimitani de domo Theutonica per nos diucius exagitate in pacem perpetuam, remissionem et concordiam contemplacione orthodoxe fidei commutentur. Hinc est quod nos de Illustrium et Nobilium Dominorum, Consiliariorum nostrorum Cum Venerabili Domino Cunrado de Jungingen Magistro generali suisque Conpreceptoribus dicti Ordinis Anno die et loco infrascriptis certum terminum concorditer celebrauimus super pace inter nos, nostros et terras nostras ex una Et dominum Magistrum generalem et suos et terras eiusdem Ordinis parte ex altera facienda perpetuo et firmanda et uariis premissis tractatibus Tandem non coacti nec ui aut metu compulsi, sed sponte et bona uoluntate sinceritatem animi nostri quam reuera ad fidem Christi gerimus expressimusque in hunc modum. Imprimis siquidem promisimus in omnibus terris nostris pro posse nostro fidem Catholicam dilatare Sacrosancte Romane Ecclesie Sacroque Romano Imperio ea exhibere et facere que ceteri liberi Reges et principes Catholici ipsis ex debito tenentur exhibere nullorum christianorum terras excepta uia defense aut propulsande iniurie umquam in manu nostri exercitus inuadere aut ut inuadantur ullos cum proposito et uoluntate admittere. Et quidquam nobis fuerit possibile interitu christiane fidei cum nostris ducibus et proceribus infrascriptis firmiter adimplere. Insuper promisimus et presentibus bona fide promittimus quod ex tunc ac in antea tenebimus pacem inuiolabilem et concordiam cum dicto domino Cunrado Magistro, suis successoribus totoque Ordine predicto ac Prelatis et Ecclesiis in Prussia et Lyuonia eorum et earum terris quibuslibet terrarum incolis perpetuis temporibus obseruare Nec unquam uolumus et debebimus aliquam ligam inire aut facere contra Ordinem et Ecclesias predictas cum dominis aut aliis hominibus quibuscumque. Et rancore quolibet postposito omnes et singulas iniurias si quas nobis aut nostris per se aut per alios modo quolibet intulerunt remittimus penitus et offensas Insuper limites et terminos inter nostras et eiusdem Ordinis terras distingwi fecimus et distingwimus in hunc modum incipiendo in quadam insula Sallin sita in fluuio dicto Memel habente sub se insulam aliam dictam Romewerder sic quod tota Insula Sallin apud Ordinem temporibus perpetuis permanebit. Et ita ab extremitate superiori dicte Insule Sallin directe progrediendo ad fluuium dictum Nowese in decliuo seu ualle continue sub sylua dicta Heiligenwalt abhinc dictum fluuium sequendo in mediis fluctibus usque in Wischwilten ab hinc linealiter et directe eundo ad quendam lapidem magnum dictum Roda iacentem in fluuio dicto A Rode uualgariter nuncupatum ab isto lapide ascendendo super stagnum dictum Smar-

den abhinc directe ad lacum seu stagnum dictum Apeytensehe, a dicto lacu seu stagno per directum eundo usque ad uiam uulgariter nuncupatam der Brengelische weg abhinc directe usque ad Neneminde, abhinc linealiter procedendo uersus finem seu aciem merice uulgariter dicte die heyde ad locum ubi fons oritur a dicto fontis ortu procedendo per directum in solitudinem quandam communiter Wiltinis dictam, ubi fluuius Eglose ortum habet, abhinc directe eundem per medium dicte solitudinis uidelicet Wiltiniss usque ad terminos eorum de Ploskaw et hy omnes termini premissi siti sunt uersus Lyuoniam. Ascendendo uero uersus Prussiam termini subscripti per dictum ordinem perpetuo sine quolibet contradictionis obstaculo habebuntur. Incipiendo a supra dicta insula Sallin in directum procedendo usque ad fluuium dictum Suppe abhinc ascendendo ad locum ortus sui, abhinc directe progrediendo usque ad fluuium qui effluit a lacu dicto Methesehe et communiter dictum Methenfliesz, abhinc per descensum fluuii usque ad fluuium dictum Beber deinde dictum fluuium sequendo usque ad miliare prope fluuium qui Nare dicitur et abhinc directe eundo usque in dictum fluuium Nare. Denique promittimus quod si Illustris Dominus Semouitus dux Mazouie heredes ac sui successores a dicto Ordine redimerent Castrum dictum Nyesse cum suis pertinenciis Nos nostri heredes aut successores debebimus certos terminos seu limites cum duce suis heredibus ac successoribus inter nostras et Mazouie terras facere iuxta bonam iustam et legitimam informacionem circumsedencium hominum antiquorum Omnes igitur terras uersus Prussiam et Lyuoniam per predictas limites ut premittitur distinctas cum omnibus suis uiribus et utilitatibus ad predictum Ordinem expresse recognoscimus perpetuo pertinere, quibus eciam si quid iuris in eisdem nobis nostris coheredibus, heredibus et successoribus competeret seu competere posset expresse presentibus remittamus. Ceterum terram et dominia Ruthenorum de Pleschkaw qualitercunque siue per nos aut per ipsum Ordinem coniunctim aut diuisim acquisite fuerint, ut uel alias qualitercunque ad nos deuenerit, solus Ordo easdem obtinebit nec unquam bona fide eumdem quominus easdem obtineat, impediemus. Insuper uolumus quod homines ordinis et Ecclesiarum predictarum in omnibus terris nostris mercari et negociare libere ualeant, absque Theloneis aliisque omnibus exaccionibus quos eciam tuebimur sicud nostros saluis cum theloneis ab olim institutis ac quibuslibet editis nostris et edendis in terris nostris quibus nostri artantur et dicti Ordinis homines sint artati praeterea nullum Censitum, mancipium aut seruum Ordinis sine expressa licencia magistri generalis qui pro tempore fuerit debebimus ad tercias nostras recipere aut locare. Item nobis in expedicione commune cum predicto ordine et ipsius ho-

minibus existentibus quotquot ipsi captiuarint, suos habeant et teneant ut Captiuos. Excessus quoque et maleficia per Ordinis homines qualitercunque commissa Capitaneus Exercitus ordinis libere iudicabit. Excessus uero communes per utriusque exercitus homines Commissos Capitanei utriusque exercitus insimul et communiter iudicabunt. Nullos insuper Armigeros dominos Milites uel alterius cuiuscunque generis homines eciam si Christi fideles fuerint in dampnum seu preiudicium ipsius Ordinis aut suorum scienter umquam per terras nostras ire permittimus sed impediemus et prohibebimus iuxta posse. Insuper omnes proscriptos seu bannitos a terris Ordinis non recipiemus ad terras nostras maxime qui in sui uindicta homicidia seu incendia Ordini seu ipsius hominibus comminantur. Preterea per terras dicti Ordinis contra quoscunque nunquam traducemus exercitum aut traduci per quemcunque faciemus nisi expresse fuerit de beneplacito dicti Ordinis quo obtento, dampna nequaquam Ordini aut ipsius hominibus inferemus. Omnia uero et singula premissa in articulis premissis et eorum quolibet contenta bona fide promittimus pro nobis heredibus et coheredibus et quibuslibet succesoribus nostris firmiter et inuiolabiliter obseruare nec unquam contraueniemus aut contrauenire procurabimus per quoscunque arte racione ingenio de iure uel de facto consilio auxilio publice uel occulte. In quorum omne euidens testimonium et fidem de et super omnibus premissis litteras tam in latino quam in theutonico per omnia eiusdem sentencie nostri maioris ac omnium subscriptorum nobilium nostrorum sigillorum munimine mandauimus communiri. Et nos Woldimirus predicti Illustris Principis domini Alexandri patruus Sigismundus prefati Domini Alexandri frater Dux Jurgen de Pinske, Dux Michael de Salsa, Dux Alexander de Starudup, dux Ywan de Gloschaw, dux Ywan de Druszka, Jamundus de kleczke, Minigail Capitaneus in Aschnim, Manewid Capitaneus in Wilna, Bratusch de Mies Waisel filius Boreiken, Czarpurna Marschalcus Curie prefati Domini Alexandri Gastud Capitaneus in k weu, kinmundt Ginewille Capitaneus in Tranken, Sungail Capitaneus in Kauwen, Wallmund filius Bussky, Wigaik Capitaneus in Willkomir, Astik Capitaneus in Uffpale, Coreiko Capitaneus in Mediniken, Namur predicti Illustris Principis domini Alexandri Marschalcus equorum, Royuide Capitaneus in Peunaw, Girde Scammati filius, Gottard Toltegiude filius Gyucawi, Wilgei filius omnia et singula in supradictis articulis et in eorum quolibet contenta promittimus bona fide, dolo et fraude proculmotis quod dominum nostrum supradictum Alexandrum alias Wytowldum supremum ducem littwanie et Russie omnesque ipsius heredes et coheredes et successores ad predictam pacem tam racionabiliter et solempniter

firmatam inter dictum Dominum nostrum et suos ex una et Venerabilem Dominum Cunradum de Iungingen Magistrum generalem Ordinem et terras dicti Ordinis parte ex altera ferandam cum omnibus Christi fidelibus precipue cum dicto ordine pro omnibus iuribus nostris et modis possibilibus et ad quelibet tacta capittula predictum dominum nostrum Alexandrum suos heredes coheredes et successores fideliter hortabimur et efficaciter inducemus. In quorum omnium euidens testimonium sigilla nostra unacum sigillo dicti domini Alexandri presentibus sunt appensa. Datum super fluuium dictum Memla in Insula dicta Rallin Anno domini Millesimo CCC Nonagesimo octauo duodecima die mensis Octobris. Presentibus Reuerendis in Christo patribus et dominis dominis domino henrico et domino Andrea Warmiensis, Sambiensis, Wilnensis Ecclesiarum Episcopis ac honorabilibus uiris et dominis prelatis diuersorum statuum et facultatum Professoribus et Magistris et strennis uiris Militibus militantibus et pluribus aliis fide dignis testibus ad premissa. Postquam siquidem compositione pacis aduersarius de tanta offensus concordia eandem non sinebat in longius succrescere sed occasione cuiusdam displicencie hincinde exorte rursum ad gwerrarum impetus easdem atrocius prouocauit. Nos uero intelligentes resuscitatas molestias nisi celerius occurreretur posse inuidioribus gwerrarum stimulis agitari post terminum celebrate conuencionis Anno die et loco infrascriptis curauimus, summopere uulnerata pacis foedera placabilibus tractatibus ad integrum instaurare. Ubi eciam terras dicto Ordini oblatas fore decreuimus restituendas. Igitur omnia alia que in premisso concordie et pacis tractatu expedite de uerbo ad uerbum ut premittitur contineri dinoscuntur uigore presencium approbamus laudamus et confirmamus et ex certa sciencia sic approbata ratificata et confirmata sub fide nostre Regie Maiestatis pro nobis heredibus coheredibus et quibuslibet legitimis successoribus dictarum Terrarum uidelicet littwanie et Russie promittimus inuiolabiliter tenere et habere nec contrauenire debebimus ullo modo per nos et per quoscunque de nostris arte, ingenio, consilio, racione uel auxilio de Iure uel de facto publice uel occulte uolentes ut dictus frater noster carissimus Alexander alias Wytowldus suo et nostris nominibus terras ablatas dicto Ordini sine Contradiccione qualibet restituat ac possessionem resarciat cum effectu a quibus et nos libere cedimus expeditas et liberas uigore presencium bona fide dicto Ordini perpetuo relinquentes. Promittimus insuper quod nullos fratres Ordinis ipsius Domini Magistri aut suorum successorum fugitiuos seu alios quoscunque erroneos per quos Ordo et terre Ordinis possint molestari durante pace debebimus ad terras nostras recipere et fouere In quorum omnium testimonium

presentes litteras tam in latino quam in Theutonico paris sentencie nostri sigilli maioris munimine communniri. Actum in insula super fluuio Wisla prope Castrum Razanz mense d . . . Episcopi Wladislaoiensis feria sexta proxima ante festum sancte trinitatis Anno domini Millesimo quadringentesimo quarto. Presentibus Venerabilibus in Christo patribus dominis Nicolao sancte Gueznensis Ecclesie Episcopo, Petro Cracouiensis, Alberto Pomezaniensis, Johanne Wladislaniensis et Jacobe Plocensis Episcopis. Nec non praeclaris principibus dominis Johanne et Semouito ducibus Mazouie et Magnificis uiris Johanne de Thanczin Castellano, Johanne de Tarnow Palatino Cracouiensi, Jacobo Syradiensi, Johanne ligancza laucicieusi, Wesslao Brestensi, Mathia Maczuda Wladislauiensi palatinis, Cristino de Ostrow Sandimiriensi, Michaele Lublinensi, Cristino Sandecensi, Clemente de Mszczonow Wysliciensi, Martino Syradiensi, Mosticio Poznaniensi, Johanne Gueznensi, Johanne Kalisiensi et Alberto Brestensi Castellanis ac Bernhardo Werasch Iudice Welunensi Multisque aliis nobilibus Regnicolis nostris fidelibus dilectis. Datum per manus Venerabilis Nicolai propositi sancti ffloriani et canonici Cracouiensis Ecclesiarum, Regni nostri Polonie predicti Vicecancellarii nobis fidelis syncere dilecti. In cuius rei testimonium presentes litteras per Notarios publicos infrascriptas transsumi, publicari et transscribi mandauimus nostrique sigilli iussimus appensione communiri. Datum et actum in Castro nostro Resenburg nostre pomezaniensis dioceseos Anno domini millesimo Quadringentesimo decimonono Indiccione duodecima, die uero nona mensis Augusti. Pontificatus Serenissimi in christo patris et domini nostri domini Martini divina providentia pape quinti anno ejus secundo. — Praesentibus honorabilibus viris dominis Johanne de Reddino officiali nostro Johanne Crocow Laurentio Carpentaris Culmensis et Wladislaviensis dioceseos testibus ad promissa vocatis et rogatis in testimonium omnium et singulorum praemissorum.

Et ego Johannes Sternchen de Bartinstein clericus Warmiensis dioceseos publicus apostolica et imperiali autorhate notarius. Quia predictarum litterarum pernotatione receptione petitione decreti interpositione auscultatione et mandatis omnibusque aliis et singulis promissis unacum prenominatis testibus et notario publico infrascripto presens interfui. — Eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. — Ideo hoc presens publicum transsumptum per alium me aliis occupatum negotiis fideliter conscriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum prenominato

domino Episcopo Pomezaniensis appensione sigilli consignavi rogatus et requisitus in testimonium omnium et singulorum praemissorum. —

Et ego Caspar Sartorius de Ylow clericus Pomezaniensis diŏceseos publicus imperiali autoritate notarius. Quia predictarum litterarum pernotatione receptione, requisitione petitioni decreti interpositioni omnibusque aliis et singulis premissis unacum notario publico et testibus supradictis presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc presens publicum transsumptum manu aliena fideliter conscriptum exinde confeci, publicavi, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum prenominati domini episcopi Pomezaniensis appensione sigilli consignavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum.

Caput XII.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de Anno 1420.

Rozdział XII.

Akta dyplomatyczne za panowania Władysława Jagiełły, z roku 1402.

I.

Annus 1420.

Versio litterarum regis Poloniae, datarum ad Sigismundum, regem Romanorum, in quibus queritur de compromisso ejus inter ordinem et regem Poloniae facto.

Rok 1420.

Przekład listu króla polskiego, pisanego do Zygmunta, króla rzymskiego, w którym użala się na wyrok tegoż polubowny w sprawie między Zakonem, a nim (królem polskim) wyrzeczony.

**Dem allerclaersten fursten herren Sigismundo non der genaten gottes . . . .
konynge czu allen zeyten merer und czu hungarn, Behmen, Dalmacie . . . . . .
konynge dem aller durchluchtigesten unserm aller liebsten broter Wla . . . . . .**

uon der selbigen genaten polenscher konyng und oberster ffurste czu littawen und Erbeling czu Russen, Groysse und stete merunge Broterlicher liebde. Allerclaerster furste unser allerliebster Broter herrn Wytowt grosfursten czu littawen unssers Rych underdaen und mitthulfer die sweynte ewers ussprucbes erschwerpet hatt also das wir hulffe eyner ermachunge des getwongen wurden czu suchen czu dem ungesichte ewer Broterlicheyt unssere Ambasiatores und Botten czu me czeyten gesandt haben durch welcher worte ewer Broterlicheyt beuolen uon czu leggen und czu betten das die gebot al sulichen harten ussproches welche uns undrecheliche burde gegeben habente und groysse oersache uan den ersten hitzten der liebde czu ader czu beden wedersachen ewer Broterlicheyt gewurdiget wurde mit besser messigkeyt czu ermachen also als do ewer Broterlicheyt dar czo mit unsserm anbygange beweget ward und gelobete die swertde des gesprochenen ausspruchs czu messigen und mit anhongunge al sulcher gerechtigkeyt das wir moychten sunder vyl groiss beswerniss syne harte omuaen welches dynges hoffenonge wir bis noch czu waren derquikket und noch in gegenwurtig uan derselben derbietungen nyt myshoffen and als wir mit derselben hoffnonge gewapnet wurden, so haben wir den gebotten ewers usspruches ungeletzet uns notdorfftiger wederstentonge genoeth getaen, und uff das das nyt begriffliches in uns enblibe nu nest uff das fest des heyligen Georgii des mertelers in welchem uns als In eyme uorgesetzeten termine ater czeit eyne sichern summe hungarischer gulden ater ducaten sunderlich alsso das der lut und gebot desselbigen ewers ussproches bekennet der meyster und der Orden der Cruciger betczalt solden haben . . . . czu dem selbigen der kompthur uon Thorun eyn wenig dar uor bei . . . . . . mirkliche botten czu Thorun welche so stat uns dar czu der vorbenompte . . . . . othur bezeichnete mit gannzen uollen gebotten wir santen, Welchen dar kommenden und den gesprochen kompthur uff al solche beczalonge mit schuldigem wissen uersuchende die beczalunge al sulche wise und also als ewer sentencia ussgesprochen hat nyt weder brengen enmochten und alsso sind ledig wedir czu uns gekeret sunder einiche beczalonge wie mochten wir darumb der anderer die groysse merkliche last habent uoluörunge der gebote des egenanuten usspruches uan im gehoffen synt sie uns uan den mynsten nyt antworten enwolden Doch szo haben sie itzunt in uyl wise byssen diese ewer gebot gebrochen want nu neest der uayt der nuwen marke die goete der dinstlute der hochgebornen unnserer allerliebster swester wiauwe sophien uorczeyten mit gesellynne des herczogs uan der Stolpe Boguslai welche wir allewege und ire goeter uorbenoempte allen

unnsern ureten eindrechticheiten und gelobten ingeslossen gebrant hat und desselbigen glychen etliche schiffwege und etliche genge der wege, welche sy ury uffgetaen haben sulden nycht enforchten bis noch czo beslossen czo hatten und andern itzunt nyt mitt wenigem wisszen die unsserm usspruche entgegen gedaen haben abe sy czo der offenbaronge geczogen und redelich gewegen wurten und also betzeicheneten wir ewer Broterlicheyt diese uff das wir uns mogben abe uns icht uan einchem by ewer Broterlicheyt entgegen geworffen wurde desto sicherer ontschuldigen und alsso moge ewer Broterlicheyt diesen uorsten uff die begerte sussikeyt des fredes uss In untspronge. Gegeben In Bresth des Sonnabends neest nach marci Ewangeliste Anno etc. XX^mo^.

II.

Annus 1420.

Rex Poloniae queritur regi Romanorum de magistro generali, qui sententiae compromissarii judicii ejus (regis Romanorum) parere nonvult.

Rok 1420.

Król polski żali się krolowi rzymskiemu na wielkiego mistrza, który wyroku jego (króla rzymskiego) sądu polubownego nie wypełnia.

Copia littere capitalis.

Serenissimo principi Domino Sigismundo dei gracia Romanorum Regi semper augusto et Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie et cet. Regi Illustrissimo fratri nostro charissimo Wladislaus eadem gracia Rex Polonie lyttwanieque princeps supremus, Russie et cet. salutem et fraterne caritatis continuum incrementum. Serenissime princeps frater noster charissime Cum nos et Illustrem principem fratrem nostrum charissimum dominum Wytowdum magnum ducem litt-wanie Regnum subditos et coadiutores nostros pronuncciacionis uestrae exasperauerat grauitas ut opem reformacionem ipsius querere cogeremur Ad con-

spectum fraternitatis uestrae Ambasiatores et nunccios nestros uicibus repetitis direximus per quorum oracula iussimus fraternitatem uestram flagitare ut tam dire pronuncciaciones decreta que nobis onus importabile prestiterunt et occasionem magnam de pristinis feruoribus caritatis diffidendis dignaretur fraternitati uestrae moderamine reformare meliori prout tunc fraternitas uestra ad hoc nostris mouebatur instancijs et spondebat dicte pronuncciacionis grauitatem moderari et tanta appendente equitate ut possemus sine multo grauamine disstrictionem eius amplecti. Cuius rei hactenus fuimus spe recreati nec in presens de eisdem oblacionibus desperamus Cumque hac fiducia armaremur pronuncciacionis uestre saluis nobis oportunis remediis paruimus decretis et ne quippiam reprehensibile in nobis remaneat, Pridie super festum sancti Georgii martyris In quo nobis uelud in termino prefixo certa summa florenorum hungaricalium uel ducatorum dumtaxat sicud eisdem pronuncciacionis uestre tenor fatetur . et edictum. Magister et ordo Cruciferorum soluere debuerunt ueluti etiam ad hoc ipsum nos Commendator Thorunensis ante parumper acquisiuit. Nunccios nostros notabiles in Thorun quem ad hoc locum nobis prefatus Commendator deputauit cum mandato plenissimo direximus quibus ibi uenientibus et dictum Commendatorem super solucionem huiusmodi debitis modis requirentibus ipsam tali modo et taliter quemadmodum uestra dictauit sentencia reportare nequiuerunt, sicque uacui ad nos sunt reuersi, solucione non obtenta aliquali. Quomodo igitur aliorum que maioris estimacionis pondus habent prefate summe decretorum execucionem ab eis sperare potuerimus ex quo nobis de minimis respondere noluerunt. Quinymo iam multis modis preter hoc illa decreta uestra offenderunt. Nuper enim bona uasallorum Inclite sororis nostre domine charissime sophie consortis olim ducis Stolpensis Boguslai quos semper et bona ipsorum predicta omnibus trewgis Concordijs et federibus nostris inclusimus. Aduocatus Nouemarchie incendijs deuastauit similiter et nauigia quedam et quosdam uiarum transitus que libere apperire debuerant hucusque conclusa obseruare non formidant et alijs iam non paucis modis pronuncciacioni uestre si reducantur ad publicum et debite appensentur derogarunt. Hec itaque fraternitati uestre significamus ut possumus apud fraternitatem uestram si que nobis per quempiam obiecta fuerint tucius excusare sicque fraternitas uestra hijs ualeat prouidere ut optata ex eis pacis dulcedo resultaret. Datum in Bresth Sabbato proximo post festum beati Marci Euangeliste Anno domini Millesimo quadringentesimo uigesimo.

Copia cedule

Preterea frater carissime per Reuerendum in Christo patrem dominum Alber-

tum Episcopum Cracouiensem et Sbigneum Regni nostri Marschalcum Ambaxiatores et alios nunccios priores fraternitatem uestram petimus ut illius pronuncciacionis uestre contra nos et fratrem nostrum dominum Wytowdum magnum ducem lyttwanie late grauitatem placuisset temperare qui ad nos reuersi oblacionem fraternitatis uestrae nobis retulerunt, quomodo fraternitas uestra Ambaxiatores suos ad magistrum et ordinem Cruciferorum e uestigio super reformacione huiusmodi pronuncciacionis dirigere decreuisset qui ad huc quadragesimali tempore principaliter nos et demum magistrum predictum accedere debuerunt de quibus hactenus nulla offertur nobis certitudo et interim nobis cum equanimitate animi expectationem exspectantibus magna dampna ab ordine pretulimus. Nam in multis articulis pronuncciacionis uestre uiolauerunt decreta ex quo penas promulgatas in huiusmodi pronuncciacione incurrerunt. Et primum bona uasallorum inclite sororis nostre domine sophie Consortis felicis memorie domini Boguslai olim ducis Stolpensis quos semper nostris Concordijs pactis et federibus quotienscumque ipsa cum ordine contraximus inclusimus Aduocatus Nouemarchie ignis graui incendio deuastauit. Deinde de solucione pecuniarum ad quam nobis uestra predicta dictauit sententiam super festum beati Georgii nunc elapsum facienda fuere astricti, respondere negauerunt. Tandem nauigia quedam et transitus quosdam uiarum que iussa eiusdem sentencia dudum apperire debuerunt, hucusque concluserunt. Similiter noua theolonia et dacias insolitas hominibus nostris quoccienscumque ipsos ad loca eorum ducit intrare necessitas imponunt et sine pietate extorquent. Demum molendinum in lubitz quod post tres menses a die late sentencie deponere et demolire debuerunt usque modo remanet intactum et in alijs prefate sentencie districtionem contempserunt quam nos pro modo nobis imposito ne quidquam nobis posset reputare seruauimus. Ex quibus tociens penas censentur subisse et pensata veritate quocienscumque se illius reddiderunt contemptores. Dignetur igitur fraternitas uestra horum nostrorum dare nobis responsa auisamentorum ut longa expectatione protelatio tantisper nos dilationibus non suspendat sed cominus de uestra faciat uoluntate cerciores.

III.

Annus 1420.

Rex Poloniae committit magistro generali, ut ad beneplacitum suum ordinet molendinum Lubicz et alveum fluminis Drevenz.

Rok 1420.

Król polski poleca wielkiemu mistrzowi zrobić według upodobania rozporządzenie względem młyna Lubicz i koryta rzeki Drwency.

Vladislaus dei gratia Rex Poloniae, etc. —

Venerabilis amice noster Jntelleximus scripta vestra, in quibus nobis significatis quod Molendinum Lubycz sicut nos injuncta obligat districtio deponere et fluvium Drwancza antiquis alveis et meatibus committere concepistis ut ad ea nostros dirigamus intensores nostram invitantes majestatem sed cum vobis non deficit antiquorum dicti fluvii alveorum notitiam et etiam plenam circa ea informationem recepistis, quid in eorum executione facere nos oporteat, vestra in eo arbitria respiratis. Datum in Raczans dominico die proximo post festum Sancti stanislai pontificis et martiris gloriosi. Anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo.

Relatione venerabilis Sbignei sancti floriani ante Cracoviam prepositi. —

Venerabili viro Michaeli Hochmeister ordinis Cruciferorum de Prussia Magistro generali amico nostro.

IV.
Annus 1420.

Commissio regis Poloniae data Johanni de Koscielec ad levandam ab ordine summam 12500 flor.

Rok 1420.

Polecenie króla polskiego, dane Janowi z Kościelca do podniesienia od zakonu 12500 Złotych.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie litphanieque Princeps supremus et heres Russye et cet.

Significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis quod Magnificum Johannem de Coszcelecz Palatinum Wladislauiensem et Capitaneum dobrinensem et honerabiles Petrum de Nouecz Canonicum Poznaniensem, Nicolaum Bruchrink de Schadek, Nicolaum Baran de Gnewcow plebanum Aule nostre Notarium et Nobilem petrum Mediolansky Custodem thesauri nostri fideles nostros dilectos omnes et solidum et quemlibet eorum seorsum facimus constituimus et ponimus procuratores gestores nostros et nunccios speciales ad numerand . tollendum leuandum et exigendum duodecim millia cum quingentis florenis hungaricis aut ducatorum de Venecijs in auro boni insti et legittimi ponderis Domino a magistro et ordine Cruciferorum de Prussia in quibus Nobis ex ui cuiusdam sentencie Serenissimi fratris nostri Sigismundi Romanorum Regis cum alia summa in alio termino soluenda obligantur dantes et Concedentes eisdem nostris procuratoribus et Nuncciis plenam et omnimodam potestatem huiusmodi summam XII^M. florenorum et r°. predictorum a dicto Magistro et Ordine Cruciferorum uel eorum procuratoribus, nunciis et gestoribus percipiendi, tollendi, numerandi, leuandi, exigendi, de eis prefatum Magistrum et Ordinem quittandi, absoluendi recognicionem et quittacionem seu quamcumque fidem aliam dandi ac pacta queuis necessaria faciendi cum alijs condicionibus et clausulis circa praemissa et eorum quodlibet oportunis qua facere possemus si eis non personaliter contingeret interesse promittentes gratum ratum et firmum perpetuo habituri: quidquid per

dictos nostros nuntios et procuratores actum factum uel ordinatum fuit in premissis harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum.

Datum in Radoschicze in vigilia Sancti Laurentii Martyris. Anno domini etc XX°.

V.

Annus 1420.

Commissio regis Poloniae, data delegatis ad Pontificem maximum, protestandi contra sententiam regis Romanorum, factam in negotio regis cum ordine.

Rok 1420.

Polecenie króla Polskiego, dane posłom do Papieża, aby protestowali przeciw wyrokowi króla rzymskiego, wydanemu w sprawie króla z zakonem.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie litwanieque princeps supremus et heres Russie et cet.

Notum facimus per presentes quibus expedit uniuersis Quod communicato cum principibus prelatis, baronibus et proceribus Regni nostri Polonie ad diem et locum inferius anotatos super eo Consilio et deliberacione prehabita cum Consensu ipsorum Concordi, omnibus uia iure facto forma et stilo quibus melioribus debuimus fecimus et Constituimus et ordinauimus ac tenore presencium solempniter facimus constitimus et ordinamus honorabilem Pawlum Wladimiri decretorum doctorem custodem Cracouiensis dioecesis et nobilem Jacobum de Baranowo familiarem deuotos nostros dilectos presentem ambos et quemlibet ipsorum in solidum ita quod Condicio occupantis non sit melior sed quod unus inceperit alter eorum prosequi ualeat et finire nostros legitimos, ueros et indubitatos procuratores, actores factores negociorum nostrorum gestores et nunccios speciales ad comperiendum et presentandum se pro nobis et nostro nostrique

Regni Polonie nominibus coram sanctissimo in Christo patre et domino nostro domino Martino diuina prouidencia sacrosancte Romane et uniuersalis Ecclesie summo et dignissimo pontifice papa quinto et moderno suumque officium implorandi, promonendi et excitandi ac petendi et obtinendi quandam responsam pronuncciacionem et sentenciam arbitralem per Serenissimum principem et dominum Sigismundum Romanorum et Hungarie Regem inter nos ex una et Venerabilem ac religiosum fratrem Michaelem Kuchmeyster Magistrum generalem Ordinis sancte Marie Irlimitani domus thewtonicorum de prussia et ipsum ordinem ex altera partibus die sexta mensis Januarii. Anni domini Millesimi quadringentesimi uigesimi et presentis factam et latam in Ciuittate Wratislauiense propter dolum iniquitatem et iniusticiam eiusdem per dictum dominum Nostrum Martinum papam ad arbitrium summum et equitatem reduci et moderari ac pronuncciacioni et sentenciam easdem tamquam iniquam et iniustam reuocari anullari et cassari caussas quoque et raciones doli iniquitatis et iniusticie huiusmodi allegande deducendi et proponendi ac testes, instrumenta litteras, priuilegia iura et quascumque alias probaciones et munimenta circa informacionem de premissis dicti domini nostri pape et sui officii nunccia producendi et recipiendi ac admitti petendi, producta uero ex aduerso impugnandi Crimina quoque et defectus opponendi et probandi nec non petendi et obtinendi. Nos et dictum Regnum nostrum Polonie Conseruari circa sentenciam diffinitiuam Judicum a sede apostolica delegatorum pro recolende memorie Kazimiro Rege Polonie predecessore nostro et contra tunc Magistrum et Ordinem predictos latam et ipsam sententiam execucioni debite demandari, litterasque processus desuper oportunos impetrandum et extrahendum necnon in animam nostram quidcumque hoc circa hoc oportunum et debitum iuramentum prestandum ac unum uel plures semel uel pluries procuratorem uel procuratores loco sui substituendum et eum uel eos reuocandum et omnis pronuncciacionis iteratis uicibus resumendum et tociens quociens ipsis uidebitur expedire presenti nichilominus mandato in suo robore duraturo et generaliter omnia alia et singula faciendum et exercendum que circa premissa et eorum quolibet fuerint quomodolibet opportuna eciam si mandatum exigant magis speciale et que nos facere deberemus si personaliter interessemus. Promittimus insuper bona fide omnia et singula que per eosdem procuratores nostros seu eorum altero uel ab eis substituendos seu substituendis, acta facta et quomodolibet in premissis procurata fuerint rata grata ac firma perpetuo habere et tenere. Ipsosque ab omne oneris releuacione satis dandi. In quorum omnium fidem et testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Acta sunt hec in Curia nostra Nie-

polomice Cracouiensis dioceseos . sub anno domini suprascripto, Indiccione tercia decima, Pontificatus dicti domini nostri Martini pape quinti Anno quarto die uicesima tercia Mensis Nouembris hora quasi tercia Presentibus Reuerendissimis in Christo patribus dominis Nicolao sancte Gnezuensis Ecclesie Archiepiscopo et primate Alberto Cracouiensis Janislao premissliensis et Johanne Chelmensis Episcopis Ecclesiarum testibus ad premissa . et . cet.

VI.

Annus 1420.

Quidam articuli ad regem Romanorum a rege Poloniae et Witovdo missi, in quibus queruntur de compromisso ejus inter illos et ordinem facto.

Rok 1420.

Niektóre artykuły do króla rzymskiego, posłane od króla polskiego i Witołda, w których użalają się na wyrok jego polubowny w sprawie między nimi a zakonem wydany.

Noch dem ussspruch der tzu Breslau was gescheen Im XIV° und XX^{ten} Jore zwuschen dem herrenn konige tzu Polenn, hertzoge Wytaut et cet. und dem orden Qwemen des koniges von polen und des hertzoges Wytaut sendeboten an den herren Sigismundum Romischen konig der den ussspruch hatte getan und wurben in Polnisch sonderliche botschaft als hernach folget autzuheben do die hant usweiset.

Erwirdiger herr und vater und lieber herr procurator geruchet zu wissen das in dem nechst dem letzten tage des mondes Januarii der herr kunig von polan et cet. und hertzog Wytowt et cet. gesandt haben ire Sendeboten an unsern herren den Romischen et cet. tzu der uerleyunge irer botschaft liez uns rufen unsir herr der Romische et cet. kunig uorgenannter und wie wol sie do lange botschaft uorbrochten muntlich so wart doch von In also uil uernomen. Wie das da die mere des usssprucbs gekommen weren an die herren konig tzu polan

und hertzog Wytowten grosse betrubnisse und herczeleid hette. begriffen Ire hertzen in den betrubnissen In ouch Ire hertzen bluten mochten, wenn Ire herren hetten sich ee des todes uersehen wenn eyns seinelichen usesspruchs. Nach deme als seyne gnade mit irem herren Wladislao konige sich gebrudert und uorbunden hette mit hande, brive munde und eyden der im keins gehalden were. Ouch so grosse truwe hetten Ire herren uff seine gnade gesatzt das sie lange wol berichtunge noch willen mit dem orden gehat hetten und sunderlich tzu welun die sie yo nicht wolden uffnemen ane seynen willen seinen gnaden tzu sunderlichen eren went uff demselben tage dir boten sich ire herren an In alleyne Im tzu sunderlicher ere das der orden yo nicht tun wolde, hoffende das seine Gnade der bruderlichen truwe und uorschreibunge billig solde gedocht haben. Item so ist dem herren konige grosse schmocheit in dem usspruche geschen daran das der konig uon polan alle abetretunge und andir ding ee sal thun wenn der orden das sich ye tzu schaden czewht. Ouch do der orden den hindergang an seine gnade nicht thun wolde do mussten sie sich mit grosser zerunge zu dem kriege stellen dennoch do sich der orden dor In gob seiner gnaden zu eren namen sie den hindergang uff mit iren grossen schaden alleine Im tzu liebe und tzu eren. Ouch sint dem male das das hows zlottorie kein Rawbhoussz nye gewest ist und do ouch dem orden und seinen landen nye schade uon gescheen ist und dennoch Im dieblich uon dem orden apgebrochen ist so ist im ein sollich geringe gelt nor czu smocheit tzugesprochen, went her selbir so uil geltes yn seynem schatze wol hette eyn semelich hows wieder czu bauwen. Item so sey dem konige tzu polan abegesprochen landt und gelt die im der orden selbir geboten hat und weren des sicher hetten ire herren einen hindergang an den meyster tzu prewssen geton, her hette In eynen andern usspruch geton, dorumme so hette her keynen friden gemacht sunder blutige swerter tzwischen beyde teyle geworfen und dorumb so mussten ouch ire herren Ire schetze die sie meynten tzu wenden widder die ungelowbigen czu merunge der Christenheit als der konig stetis gethon hette noch der zeit als her czur Crone tzw polan were geruffen mit uorbindungen und eynungen der ungelowbigen durch beschirmunge und widdirbringunge ires vetterlichen erbes uon des usspruchs wegen yn einen andern nutz wenden. Ouch inklagten sie sich des an dem Suderlande das sie doran swerlich beschweret weren, went an etlichen enden 30 meylen lang an etlichen Enden achte, an etlichen viere In abgesprochen weren doruff der orden keinen Zuspruch hatte adir gethan hat. Item das sein Usspruch widdir In selbir were, want der Fridebriff von Thorun gemacht den der romische konig

mechtig geteilet hette dem Konige und Hertzog wytouten ganz zuspreche, das her das Land der Samaiten dennoch itzunt mee wenn die Helffte In abegesprochen hette und hette In ye billich tzugesprochen das das In der orden selbir geboten hette, dorinne sie bemerkt hetten das er nicht ein gerechter ritter gewesst were. Sint dem mole das her Ire beweisunge noch in Worten noch in Schriften vorhoren wollde, sunder mit dem orden widder sie tzu Rathe gangen were und iren Herren ye gebeten were von dem Orden Nessaw mit allen seynen tzugehorungen, Michelower landt gantz die Drewancz halb abeczugeben bys in die Weyssel, die weyssel halb bys an die Nakelische grentze und Jessenitz mit seinen Dorfern und fünfczigthuwsent schok groschen und Samayther Landt ganz und Suderlandt die Helfte und wiewol das Landt Pommern und Colmen Iren herren nicht geboten were von dem Orden Idoch so gehorten ye die Lande tzu der Cron tzu Polan von rechte und des nicht gedechtig were gewest an seinem Usspruche dor ane her sich ouch an in veregessen hette.

Botschaft des von Polan an den Romischen konig tzu Deutsch.

VII.

Annus 1420.

Martinus V pontifex maximus monet Vladislaum Jagellonem, regem Poloniae, ut pacem cum ordine theutonico componat.

Rok 1420.

Marcin V papież, napomina króla Władysława Jagiełłę, aby pokoj z zakonem zawarł.

Also hat unsszer heyliger uater dem herren konige czu polan geschrieben:

Martinus Episcopus seruus seruorum dei Carissimo in Christo filio Wladislao

Regi Polonie illustri, salutem et apostolicam benediccionem. Cum ex suscepti appostulatus officio tocius gregis domini curam geramus assiduam postoralis sollicitudo nos uehementer afficit ad salutem prosperitatem et pacem omnium indifferenter regum regnorum atque nacionum fidelium sine personarum accepcione fouendas conseruandas et feliciter adaugendas. Illorumque bella et hostiles incursus grauius et cum maiori cordis acerbitate ferimus per quorum dissensiones grauiora Christianae religionis imminent pericula et scandala deteriora consurgunt. Qualia proch dolor euenere mala et ex hiis maxime contencionibus et discordiis euenirent que inter serenitatem tuam et dilectum filium nobilem uirum Allexandrum alias Wytowd ducem Lithwanie ex una et dilectos filios Magistrum generalem domus Cruciferorum hospitalis ordinis Cruciferorum beate Marie theutonicorum Irlimitani de prussia et fratres dictorum hospitalis et Ordinis partibus ex altera uiguere propter que deinceps euitanda mala et grauissima orthodoxe fidei detrimenta praeter aduentum tuorum ad nostram presenciam oratorum intellecto quod laudum siue arbitralis summa quam charissimus in Christo filius Sigismundus Rex Romanorum Illustris super hiis terminandis discordiis sibi ab ipsis partibus unanimi consensu tradita et accepta pietate tulerat, non erat ab ipsis ambabus partibus approbata sed in quibusdam suis punctis et articulis ab aliquibus ipsarum parcium impugnabatur . ex quo sicut dolentes accepimus graues rursum conturbaciones et discordie erunt inter ipsas partes uerisimiliter emersure. Nos tunc considerantes quod si semper talia perdurarent odia et ad pestifera bella reditus continue daretur . strages Christianorum non sine animarum eciam et eterne salutis dispendiis ac excidijs ciuitatum et prouinciarum huiusmodi subsequerentur. Quibus zelo domus dei ac paterne compassionis beneuolencia singulari ac pastorali prouidencia quantum nobis ex alto daretur obuiare uolentes et pacem perhennem inter ipsas partes et tam Insignia cristianitatis membra salutaribus mediis componere nutrire pariter et firmare supremis affectibus exoptantes Serenitatem tuam ducem, magistrum et fratres predictos suosque adherentes et sequaces quatenus ad effectum pacis et concordie salutaris sua prorsus deflectere corda uellent et opera caritateue monuimus et fuimus instancius exhortati Et ut ea que pacis sunt seclusis interim turbacionibus et gwerris possemus commodius operari inter ipsas partes Treugam inducias et sufferencias sub spe pacis incepturas In festo beati Michaelis Archangeli tunc proxime futuri prorogantes et usque ad festum sancte Margarethe proxime futurum inclusiue inuiolabiliter duraturas per nostras litteras. Sub dato florencie Calend . septembris pontificatus nostri anno tercio Apostolica autoritate induximus, prout

in ipsis litteris plenius continetur . . Iniungentes partibus ipsis per easdem litteras quod usque ad festum natiuitatis dominice proxime uenturum coram nobis ubicunque nos esse contigisset, produxisse, quidquid uellent pro suarum intencionum informacione deberent. Cum intenderemus tunc circa festum eciam dominice resurreccionis omnino inter partes easdem terminasset que fuissent terminanda pro illarum pace et tranquillitate quiete ad quas tantis aspiramus affectibus. Verum praeterea cum leticia cordis accepimus Tuam serenitatem quam ex hoc tamquam pacis et Concordie zelatricem quam plurimum in domino commendamus suum tenendo compromissum predictam iam arbitralem summam acceptasse et pro parte exequucioni mandasse Castro Jessinecz Magistro et fratribus predictis iuxta formam predicte summe realiter restituendo et exhibendo cum effectu. Ac partem peccunie per eamdem sentenciam adiudicate per eosdem Magistrum ordinem traditam recipiendo. Quod quidem ipse magister et fratres ordinis prefati dicte per omnia uolentes obedire sentencie Castrum Lubusch cum molendino quod erat In drewancia fluuio infra prefixum sibi terminum demoliti sunt et ad cetera eiusdem sentencie puncta quantum in ipsis est complenda et partem que super est soluenda pecunie si non aliunde rupta fuerit dicta concordia in assignato sibi termino soluere se paratos esse dicunt. Sed solum obstat huic omnino perficiende et firmande paci quod sicut nuper intelleximus prefatus dux Lithuanie pro quo sicut asseruntur uelut pro eiusdem causse consorte sicut et pro te ipso compromisisti ac de rato cavisti aduersus predictam arbitrariam reclamat sentenciam Nec illi uidetur uelle parere sod pocius uetera quod absit denuo suscitare bella minatur que prefecto non solum in ambarum parcium quam eciam fidei ecclesie et cristiane religionis graue cederent detrimentum non sit agendo satis tuo differre regio uideretur honori. Pro inde Serenitatem tuam paterne caritatis affectu exhortamur in domino et per uiscera illius ineffabilis misericordie saluatoris nostri Jesu Christi qui pro tocius mundi salute et pace semet ipsum obtulit. In ara Crucis hostiam deo patri obsecramur et obtestamur quatenus pro bono fidei et dira christiane sangwinis effusione uitanda multorumque consequenda salute ea que pacis sunt perseueranter amplectens perficiens ac conseruans operam des efficacem et facias sicud ex fide prestita in compromisso teneris ut inquiunt magister et fratres predicti eumdem ducem prefate parere sentencie et una tecum ueram deinceps et sinceram cum eisdem magistro et fratribus caritatem seruare in uinculo pacis ut cunctis dissencionibus et odiis ab utriusque partis mencium memoria deletis prorsus et oblitis . . tua regia celsitudo et eiusdem ducis nobilitas ac magister ac fratres predicti quibus est unus

deus, una fides, unum baptisma iam concordes et unanimi effecti ad defensionem christianae religionis pariter decertare ualeatis et consurgere uiriliter et potenter ad gloriam dei uestramque salutem et famam perhennes eiusdemque fidei proteccionem et augmentum. Datum Romae apud sanctum petrum viii Idus Decembris Pontificatus nostri Anno quarto.

Caput XIII.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de Anno 1421 ad annum 1423.

Rozdział XIII.

Akta dyplomatyczne za panowania Władysława Jagiełły, od roku 1421 do roku 1423.

I.

Annus 1421.

Litterae regis Poloniae, datae ad Fridericum Marchionem Brandenburgensem in quibus scribit, se paratum esse ad iniendas inducias cum ordine.

Rok 1421.

List króla polskiego, pisany do Fryderyka, margrabi brandenburskiego, w którym mu oświadcza, że jest gotów zawrzeć zawieszenie broni z zakonem.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et haeres Russie et cet. Magnifico et preclaro principi domino friderico Marchioni Bran-

35*

demburgensi et Burgrabio Norimburgensi Sacri. Imperii Archicamerario Illustri fratri et amico nostro carissimo Syncere fraternitatis et amicicie continuum incrementum. Magnifice et preclare princeps Illustris frater et amice noster carissime. Audita et diligenter auscultata scriptorum uestrorum continentia exhilarati sumus in animo et specialiter in eo quod nobis scribit uestra fraternitas quoniam gentes uestre contra aduersarios uestre fraternitatis in terra franconie de die in diem feliciter prosperant Castra et municiones illorum que ex nomine describitis tam strenue quam uiriliter expugnando, de felicibus enim uestre fraternitatis successibus non minus quam de proprijs uotiue gratulamur. ut autem fraternitas uestra sumat a nobis materiam reciprocam gaudiorum eidem fraternitati uestre significare studuimus, quod creatoris nostri donante clemencia plena et ualida cum prole nostra corporis fungimur sospitate et omnia nobis disposicione divina succedunt ad uotum, de eo autem quod uestra fraternitas scribit de cruciferis, quoniam duplicatis uiribus uestram iam fraternitatem accessissent, supplicantes quatenus inter nos et Magnificum et preclarum principem dominum Alexandrum als. Vitoudum Magnum Ducem Litthuanie et cet. fratrem nostrum carissimum ex una et magistrum et Ordinem ipsorum parte ex altera trewgas ad unum duos tres uel quattuor annos facere uelletis uestra fraternitas scire cupimus quod quamquam iam de gracia dei dispositi fuimus et parati quod bene anno presenti ipsis bella mouere potuimus, tamen consilijs uestris nobis in Cracouia prestitis et demum post per nunccios nostros intimatis obtemperare uolent iam cum Illustri fratre nostro duce Magno et Consiliario Regni nostri unanimiter concordam in eo conuenimus quod ipsas treugas admittere uolumus ex quo fraternitas uestra requirit pro ipsis dumtaxat ad unius anni decursum uidelicet a festo sancti Johannis baptiste proximo incipiendo usque ad aliud festum sancti Johannis baptiste immediate subsequens uel octo diebus aut ad maximum duabus hebdomadis post festum sancti Johannis predictum et non ultra, de conuencione uero de qua nobis scribitis utrum uoluntatis nostre esset durante pendencia treugarum cum ipsis Cruciferis aliquam habere conuencionem ad tractandum de unione perpetua inter partes auctore domino procuranda uobis ad presens rescribere non ualemus, cum non adhuc treugas habemus cum Cruciferis supradictis. Sed factis trewgis per fraternitatem uestram cum ipsis extunc ulterius uestris uolumus uti consiliis et quecumque fiunt possibilia faciemus. De conuencione itaque in Noremberga per principes sacri Imperij electores habita et aliis nouitatibus per uestram fraternitatem nobis intimatis graciarum acciones uestre fraternitati referimus. Petentes uestram fraternitatem ex affectu et hortantes eandem in de-

siderijs cordis nostri quatenus nouitates in partibus almanie occurrentes et in alijs quibuscumque et presertim fortunas uestras et status vestri continentiam saepe nobis velitis intimare nam et si aliquando pluribus aliis novitates de partibus almanie Continue habeamus, — his tamen que nobis vestra intimaret fraternitas fidem possemus certius adhibere, de nostris autem successibus et aliis novitatibus apud nos et in ceteris partibus orientis occurrentibus intimationem dignis vestre fraternitati reddere crebrius curabimus certiorem. — Datum in Groden Sabato proximo post Marcelli anno Domini millesimo et cet. XXI. —

Copia des Konigs von Polan dem Marggrafen gesandt. —

II.

Annus 1421.

Rex Poloniae rogat magistrum generalem, ut Augustino de Urbrancza licitum sit debita sua a subditis ordinis levare.

Rok 1421.

Król polski prosi wielkiego mistrza, aby Augustynowi z Ubranczy wolno było podnosić długi od poddanych zakonu.

Vladislaus dei gratia rex polonie Littuaniaeque princeps supremus et haeres Russiae et caetera.

Venerabilis ac religiose amice noster, quia al. intentionem et voluntatem vestram per ambasiatores vestros et nuntios nobis Lanciciae oretenus declaratam pro certis pecuniarum summis quas in nonnullis subditis vestris fidelis noster dilectus Augustinus de Ubrancza familiaris curiae nostre obtinet non solutas intimastis, quod sibi huiusmodi pecunias ac debita ab eisdem subditis vestris libere extrahere et extorquere promittere debuistis, hic tamen ad nostre majestatis veniens presentiam retulit qualiter ad tollendum et extrahendum debita sua predicta ex inhibitione vestra securitatis libertatem nequid obtinere. Quocirca

uos petimus instanter et hortamur affectantes quatenus contemplationis nostre intuitu pecunias et debita hujusmodi prefato Augustino a creditoribus suis libere ac secure repetere et requirere secundum quod alias hoc ipsum per dictos Ambasiatores vestros facere spopondistis permittere velitis pro complacencia nostra speciali. Datum in Trocky ipso die sancti Vincentii Martini, — anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo primo.

Relatione venerabilis Sbignei sc. flor. ante Cracov. preposit.

Venerabili ac religioso domino Michaeli Kuchmeyster ordinis sancte Mariae domus Theutonicorum de prussia Magistro generali et cet. amico nostro carissimo. —

III.

Annus 1421.

Rex Poloniae promittit ordini, se punitnrum esse eos subditos suos, qui mercatores ordinis despoliaverunt.

Rok 1421.

Król polski obiecuje zakonowi, że ukarze tych z poddanych swoich, którzy kupców zakonu złupili.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et haeres Russie et cet.

Venerabilis et religiose amice noster Ex scriptis litterarum uestrarum signanter collegimus. Quoniam quidam Regni nostri sicut scribitis indigene in terris et metis preclarorum principum dominorum Ducum Slezie et cet. Mercatores uestros eorum bonis et mercancijs suis latrocinijs et rapinis spoliare et depredare ausu temerario presumpserunt de quo non minus nos quam uosmet ipsos doluimus et dolemus. Sed antequam littere uestre ad nos super hoc facto nephario aduenere, hoc ipsum per nostros quosdam fideles nobis exstitit diucius

intimatum. quorumquidem malefactorum ausus huiusmodi temerarios relinquere nolentes impunitos omnibus nostris subditis ad quos presens spectabat officium seriose commisimus in mandatis quatenus pretactos malefacctores omnibus modis et uijs quibus possent melioribus exquirere deberent et scrutare inuentos quem diris et condignis tradere supplicijs et tormentis, ipsorum exigentibus excessibus iniuriosis, enormibus et nephandis, prout et nonnulli ipsorum maleficorum qui fuere deprehensi iam pro eo patibuli supplicium subierunt, uniuersas quoque et singulas res et mercancias sic per ipsos receptas et ablatas que inueniri et rehaberi possent uestris fideliter restituere hominibus iniunximus gracie nostre sub obtentu et adhuc possetenus curam et sollicitudinem pro restitutione ipsarum apponere volumus diligenter. Nihilominus et preclaros duces Sleczie, in quorum terris haec latrocinia sunt commissa requiratis ut subditos suos qui hujusmodi flagitiosi sceleris sunt conscii et complices sicut nobis exponitur ad restitutionem rerum praedictarum velint compellere et suam diligentiam, quem admodum nos facimus adhibere. — Insuper ad venerabilitatem vestram Magnificum Janussium Palatinum Vladislaviensem et Capitaneum Dobrinensem cum ceteris nuntiis nostris pro levanda tollenda et exigenda summa duodecim millium cum quingentis florenorum hungaricalium aut ducatorum de Veneciis nobis super festum Sancti Georgii proximum per nos solvendorum dirigimus affectantes quatenus ipsos in eorum negotiis et agendis uelitis favorabiliter expedire. Datum in Myechow feria quarta proxima post . . . Tiburcii, anno domini Millesimo quadringentesimo vicesimo primo. —

Ad relationem venerabilis domini Johannis decani Cracoviensis et polonie Vicecancellarii, venerabili et religioso domino Michaeli Kochmeyster ordinis Sancte Marie de prussia Magistro generali amico nostro carissimo.

IV.

Annus 1421.

Rex Poloniae reprehendit magistro generali, quod sibi summam debitam non solverit.

Rok 1421.

Król polski zarzuca mistrzowi wielkiemu, że mu należnej summy nie zapłacił.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et haeres Russie et cet.

Venerabilis amice noster. Scriptorum uestrorum continenciam nobis nuper directorum intelleximus. In quibus accepimus quod Nuncii uestri qui nobis de solucione certarum peccuniarum nobis per uos debitarum respondere debuerunt. parati fuerunt solucionem ipsarum facere cum effectu. Scire uelitis quod nos ad requisicionem Nuncciorum uestrorum qui apud nos in Myechow proxime fuerunt constituti et nobis paratas esse predictas peccunias retulerunt. Nuncios nostros cum pleno mandato et alijs circa ipsarum recepcionem oportunis prout et pro summa priori iam recepta consueramus destinare, direximus nec arbitramur ipsas in aliquo circa premissa oportuno defecisse qui Nuncii nostri ibidem constituti nobis retulerunt quod de prefata summa ipsis per uos et Ordinem minime est responsum, qui factis protestacionibus et alijs oportunis ad nos uacui redierunt. Insuper de conuencione quam in Guewcow per Archiepiscopum et Consiliarios nostros cum uestris similiter Consiliarijs facere uoluimus prout prefati Nunccii uestri in Myechow apud nos existentes assenserant. scribitis quod uestri Consiliarij ibi uenire non possent eo quod locus illis sit incompetens. Sed ex quo solucionem peccuniarum nobis non fecistis dacieque insolite nostris Regnicolis imponuntur et nauigia solita prohibentur et alia que maioris estimacionis censentur nobis non seruantur. nescimus quare pro minoribus uobiscum deberent ulterius conuenire. Datum in Noua — Sandecz feria quarta proxima ante festum pentecostarum Anno domini Millesimo quadringentesimo uicesimo primo.

Ad mandatum domini Regis Sbigneus perpetuus Sc. flor. ante Cracouiam et cet.

Venerabili et religioso domino Michaeli Cuchmeyster Ordinis sancte Marie domus Theutonicorum de Prussia Magistro generali amico nostro carissimo.

V.

Annus 1421.

Rex Poloniae rogat magistrum generalem, ut subditis Polonis bona restituat.

Rok 1421.

Król polski prosi mistrza wielkiego, aby poddanym polskim dobra powrócił.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et haeres Russye et cet.

Venerabilis et Religiose grate nobis dilecte. Jam pleris uicibus scripsimus et per Nunccios tam uestros qui ad nos uenerunt, quam eciam nostros uobis intimauimus, ut subditis et Indigenis Regni nostri bona ipsorum que in terris uestris obtinent restituta et debitorum ipsorum solucio facta fuissent, tamen quamquam omnia de terris uestris in Regno, nostra bona hereditaria fuissent et sunt restituta et debita cuilibet exoluta fideles nostri Bertholdus Boleminsky et Augustinus subditi nostri et alij ipsorum in terris uestris situata nequeunt rehabere, quemadmodum lauda et concordie hincinde inter nos facte et habite requirebant. Quocirca uos requirimus et hortamur iam uicibus replicatis quatenus prefatis Bertholdo et Augustino ac alijs subditis nostris bona ipsorum restitui et debitorum solucionem fieri faciatis ueluti uestri et bonorum restitucio et debitorum

solucio in Regno nostro est executa. Datum in Solecz Sabbato infra Octauas Natiuitatis Sancte Marie Anno etc. uigesimo primo.

Ad relacionem Magnifici Sandiwogiy Palatini Poznaniensis Capitanei Maioris polonie.

Venerabili et Religioso domino Michaeli Cuchmeyster Magistro generali Cruciferorum Sancte Marie domus Theutonicorum de Prussia grate nobis dilecto.

VI.

Annus 1422.

Rex Poloniae queritur marchioni Brandenburgensi de advocato Novae Marchiae, qui tempore induciarum nonnullos cives de Koscian, euntes Stetinum privavit mercibus et captivavit.

Rok 1422.

Król polski żali się Margrabiemu brandenburskiemu na wojta Nowej Marchi, który w czasie zawieszenia broni niektórych mieszczan z Kościana do Szczecina jadących, ogołocił z towarów i uwięził.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie littwanieque princeps supremus et heres Russye. Magnifice et preclare princeps ffrater et amice noster dilecte. Graamine Ciuium nostrorum de Costan recipimus querulam continentem quomodo aduocatus noue Marchie quosdam ex illis Nicolaum uidelicet et Albertum dominum pro quibusdam suis negocijs disponendis uersus Stettin cum eorum necessarijs sub spe treugarum pacis quas uestra fraternitas inter nos et cruciferos de Prussia interposuit procederent receptis eorum bonis equis et rebus Captiuauit et dimisit tandem . dato temporis termino super medio quadragesime ad pristine Captiuitatis mancipia redeundi. Cum ita hec ab illis patimur pendente trewga per uestram fraternitatem interposita, merito ad uos recurrimus que uobis per

illos, In earum treugarum lesionem inferuntur. Ex quo si aliquando illis scribimus nichil prouicuis sed cominus maioribus iniurijs conturbamur. Quo circa fraternitatem uestram petimus quatenus prodictorum nostrorum liberacione Ciuium et restitucione ablatorum uelitis interponere presentes uestras et efficere apud illos quod, nos et subditos nostros amplius adhuc in hac treugarum pendencia nos molestent. Datum retro . . . . . fferia quarta proxima post dominicam inuecauit. Anno domini Millesimo quadringentesimo uigesimo secundo.

Relacione Venerabilis Sbignei prepositi sancti ffloriani ante Cracouiam.

Praeclaro et Magnifico Principi domino Marchioni Brandemburgensi et Burgrawio Norimbergensi sacri Romani Imperij Archi Camerarii ffratri ac amico nostro charissimo.

VII.

Annus 1422.

Rex Poloniae scribit magistro generali Paulo de Russdorf, delegatos ordinis convencionem in Gnewkow ad irritum redegisse.

Rok 1422.

Król polski pisze mistrzowi wielkiemu Pawłowi de Russdorf, iż zjazd w Gniewkowie spezł na niczem z winy delegowanych zakonu.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et haeres Russie et cet.

Venerabilis et Religiose amice noster dilecte. Heri sero in Stobnicza littere uestre nobis fuerunt presentate in quibus scribitis quoniam per uos et partem uestram non steterit quod Conuencio in Gnewcow suscepta finem non accepit et ea que in eadem agenda fuerunt non sunt terminata et cet. Scimus uos non latere quoniam nos ad conuencionem ad diem et locum secundum quod conclusum

fuerat et litteris concordie ac pacis perpetue utriusque insertum prelatos et barones nostros cum plena potestate et sigillis direximus ad sigillandum ac firmius roborandum illam sanctam et cupitam pacem perpetuam quam semper optauimus horrentes effusionem sangwinis Christianam. Qui quidam prelati et barones nostri illorsum uenientes uestros minime adesse inuenerunt ut licet aliqui ex uestris post Capsum die recepta illuc uenissent tamen sigilla et mandatum illa terminandi dixerunt se non habere, sed se Nunccios fore ad alia asserebant Sicque spe tenemus indubia quod in nobis non defecit nec deficit . cominus pacem initam et firmatam ac singula in litteris nostris contenta impleuimus. Nunc autem ad scripta uestra predicta non ualuimus respondere ex eo quod prelati et barones Consilii nostri apud nos minime affuerunt, omnibus et similiter Inclito domino Magno duci lithuanie fratri nostro carissimo illa uolumus aperire et ad ipsorum noticiam perducere . datum in Schidlow Crastino sancte Catharine uirginis Anno domini Millesimo quadringentesimo uigesimo secundo.

Ad relacionem Venerabilis Johannis Decani Cracouiensis, Regni Polonie Viceeancellarii.

Venerabili et Religioso domino Pawlo Russdorff Magistro generali Cruciferorum de Prussia Ordinis sancte Marie domus Theutonicorum Jerosolimitani, Amico nostro dilecto.

VIII.

Annus 1422.

Instrumentum componendae pacis cum rege Poloniae commissum delegatis Ordinis.

Rok 1422.

Instrument zawrzeć się mającego pokoju z królem polskim, dany posłom zakonu.

Nos Johannes Warmiensis, Gerardus Pomezaniensis dei et apostolice sedis gracia et aliarum Christi Henricus Holt in Elbingo, Martinus kempnater in Thorun Commendatores, Walramus de hunsbach Marschalcus prouincialis terre lyuonie fratres Ordinis beate Marie Theutonicorum Irosolimitani Necnon Johannes de Czippelyn, Johannes de Logendorff, Nicolaus de Schillingsdorff Milites et cet. Tractatores unionis, pacis et Concordie perpetue Inter serenissimos principes dominos Wladislaum Dei gracia Regem et suum Regnum Polonie et cetera et Alexandrum alias Witoudum Magnum ducem Litthwanie, terrasque et dominia ipsorum ex una et Venerabilem et Religiosum Dominum Pawlum de Russdorff Magistrum generalem Ordinis antedicti suumque Ordinem, Terras prussie, et lyuonie ac dominia ipsius parte ex altera pro parte Magistri et Ordinis antedictorum. Significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis. Quomodo pacem, Concordiam et unionem perpetuam inter serenissimos Principes et cetera Regnum, terras et dominia ipsorum ab una et Magistrum generalem ac Ordinem ipsius predictum parte ex altera cum prefatorum principum nunciis cum plena potestate et principum prefatorum presencia die date presencium fecimus, firmanimus et Conclusimus sub certis punctis, articulis, clausulis et condicionibus regulatam infrascriptis. Primum nempe quod inter Regnum Polonie et terras Litthuanie, Russie, Mazouie et alias omnes que dominiorum ipsorum complectitur amplitudo et Subditos ab una et predictum Magistrum generalem, Ordinem, terras et subditos ipsius tam in Prussia quam in Lyuonia parte ex altera. Omnes dissensiones, controuersie et dampna inter partes hincinde facta, dimissa et totaliter sopita debent esse, nec illorum de cetero aliqua mencio aut memoria et

signanter In querulis aut in distraccione parcium aliqua coram aliquibus personis habeatur aut fiat. Sed nec una parcium ad infamiam alterius suggeret, consenciet, auxilium dabit et fauorem publice uel occulte et quantum in ea fuerit, delaciones et detracciones huiusmodi fieri non admittat, sed pocius prohibebit. Item omnia bona Ecclesiarum Gueznensis, Wladislauiensis, Ploczensis, Poznaniensis prelatorumque, abbatum, Monasteriorum, Conuentuum et aliarum quarumcumque personarum secularium ac Religiosarum que sunt in terris Ordinis situata debent circa Iura omnia tam ecclesiastica quam secularia et contra antiquas consweludines, questus, decimas, Castra, willas, predia, curias et alias utilitates, emolumenta, et prouentus quibuscumque nominibus nuncupentur conseruari, Nec aliquibus nouis consuetudinibus, seruiciis aut oneracionibus aggrauari. Atque eadem bona non alienentur nec pro eorum alienacione instetur sine consensu prelatorum speciali. Item Magister generalis et Ordo predictus propter bona pacis et Concordie ad quam serenissimus Princeps dominus Rex Polonie et cet. acclinatus cum ipsis perpetuam fecit et inivit Concordiam domino Regis et ipsius Regni Polonie et cet. territorium Nessouiense cum fundo Castri Nessoua quod demoliri debet et destrui infra hinc et festum Natiuitatis domini proximum debent quod res ipsorum omnes cuiuscumque condicionis fuerint deportare et deducere et Castrum ipsum rumpere et desertum relinquere et ulterius usque ad festum sancti Johannis baptiste materiam Castri predicti educendi et deportandi plenam habeant, eciam si quid resultauerit et rumpendi potestatem imperpetuum dare et assignare debet cum omnibus uillis, iuribus et attinencijs que ad dictum Castrum spectabant et signanter cum uillis Orlaw Murczinow Nouawies, nec non cum Ryppa et medietate fluminis Wysla et insulis in ipsa medietate existentibus incipiendo ab eo loco quo fluuius Drewancia intrat, Wyslam et consequenter inferius descendendo usque ad antiquos limites terrarum Pomeranie et Bidgostienses includendo omnes prouentus in medietate prescripti fluminis Wisla puta nauigia piscaturas et alios fructus quoscumque in prefato flumine et insulis existentes. Item quod sub certo et determinato tempore dominus Rex suos consiliarios cum pleno mandato similiter et Magister suos destinare debent ad firmandas et signandas grenicies inter Regnum Polonie et terras Nouemarchie, Pomeranie, Colmensis et Michelauiensis, in qua limitacione Magister et Ordo Regnum et Coronam debet admittere ad limites ab antiquo tentos et obseruatos et pons in flumine Drawa circa hogczeyt remaneat non distructus et liber transeuntibus usque ad descensum Consiliariorum illorsum et granicierum predictarum finalem consumacionem et ulterius si ibidem fuisse probabitur, imperpetuum remaneat.

Item duces Mazouie in limitacione grenicierum remanere debent circa litteras quas habent et similiter que in litteris Magistri et Ordinis super eisdem continentur, et ubi in litteris limites descripti non fuerint ad eos firmandos prefati duces suos Consiliarios destinare debent Similiter et ordo, que uero euidenciori testimonio parcium probauerit suas fore grenicies remaneat circa ipsas. Item a fine limitum ducum Mazouie incipiendo in flumine lyk a uado dicto Camynnybrod, quod iacet in superiori parte eiusdem fluminis Lyk alcius quam isti lacus Greywo et Toczylow ab illo loco directe eundo per solitudinem usque ad illum locum qui dicitur Rogors ita quod medietas eiusdem lacus remaneat in terris domini ducis Littwanie et reliqua medietas in terras Ordinis et ab illo loco directo tramite per desertum usque ad quamdam aream dictam Preywysti et ab illa area continuandum iter directum usque ad aream dictam Merunysky et a Merunysky directe eundo ad lacum qui uocatur dwisticz, ita tamen quod ille lacus remaneat totus in parte Ordinis et ab eo lacu, quo direccius iri potest ad ortum seu summitatem fluminis dicti lympuna eumdem fluuium descendendo usque ad consumacionem eius, ubi intrat in fluuium Schiruinta et ulterius descendendo eumdem fluuium Schiruinta usque ad consumacionem eius ubi intrat fluuius Scheschuppa et ulterius directe procedendo per sollitudinem usque ad ryppam fluminis Memel ex opposito fluminis dicti Schwantha, ubi Idem fluuius schwantha intrat fluuium Memel predictum et hoc quo ad terram sudorum, eumdem fluuium schwantha sursum ascendendo per duo milliaria et ab illo loco deserendo illum fluuium transeundum est per sollitudinem quo direccius iri potest usque ad fluuium Iura relinquendo fluuium Memmel in sinistro latere ubique per duo Miliaria et dictum fluuium Iura ascendendo unum miliare ab eo loco fluuius Iura desereudus est et transeatur per sollitudinem relinquendo fluuios Memmel et Rusna lacum qui dicitur hap et Castrum Memmel in samogitico Rupeda appellatum undique a sinistro latere per tria milliaria et sic transeundum est usque ad littus maris salsi et hec sint grenicies terre samagitarum et Prussie.

Inter lyuoniam uero, samagittiam, littwaniam et Russiam limites sint incipiendi a fluuio dicto Heylige A, ubi dictus fluuius intrat mare, eumdem fluuium ascendendo sursum ad antiquos limites inter samagittiam, littwaniam, Russiam ab una et lyuoniam ab altera partibus tentos et seruatos non tamen ad illos limites qui signati sunt eo tempore quando Ordo terram samagittarum tenuerat. Sed ad illos qui antiquitus inter terras predictas sunt seruati. Item omnes mercatores et quicumque incole Regni Polonie et terrarum ac dominiorum littwanie, Russie et Mazouie et e Conuerso prussie et lyuonie et aliarum quarumlibet cum suis

mercanciis et rebus quibuscumque libere et sine impedimento uel angaria per terras et maria, aquas ac fluuios quoscumque transire debent imperpetuum quocienscumque ipsis expedire uidebitur sine-imposicione theoloneorum, daciarum uel nouarum inuencionum quarumcumque theoloneis tamen ac consuetudinibus antiqitus tentis ex utraque parte semper saluis. Item Commendatores, uicecommendatores, aduocati, terrigene, Ciues et quicumque Ordinis officiales uel subditi aut eciam extranei uel aduene undecumque ad terras Ordinis uenientes regnicolas Polonie cuiuscumque status et Condicionis existant terrarum littwanie, Russie, ducum Mazouie et uniuersorum Regni Polonie subditorum Incole ad terras, Ciuitates, willas uel alia quecumque loca Ordinis causa negociacionis uel alia quacumque venientes pro debitis et quibusuis aliis causis minime debent inpetere uel arrestare. Sed in terris Regni Polonie et ducum Mazouie, si quid eis restabit accionis cum ipsis causam uel causas suas Iuris polonie terrestris Ordine, quorum interest, prosequantur. Similiter et Indigene Regni Polonie ac terrarum predictarum uel eciam quipiam extranei aut Aduene Indigenas Ordinis pro* quibuscumque causis expressis superius uel non expressis pressis In Regno Polonie uel dominiis supradictis minime debent arrestare sed in terras Ordinis caussas suas cum eis Juris ordine similiter prosequantur Item quocienscumque de terris Regni Polonie, littwanie, Russie, Mazouie quorumcumque Regni subditorum kmethores, Coloni, Tabernatores, hortolani aut quipiam incole non satisfacientes dominis suis iuxta regni consuetudinem ad terras ordinis puplice uel occulte recesserunt Commendatores, aduocati, terrigene Ciues et ceteri ordinis officiales uel subditi ad quos tales venerint ipsos ad satisfaciendum dominis a quibus recesserunt compellant aut ipsos cum rebus et bonis omnibus cum quibus venerant, restituere teneantur uiceuersa parimodo et si qui kmethones Tabernatores vel Incole de terris Ordinis ad regnum et dominia predicta non satisfacientes iuxta terre laudum et consuetudinem recesserint nostri ipsos ad satisfaccionem compellere et restituere teneantur. Item quocienscumque fures, vispiliones incendarios aut alios malefactores de Regno Polonie, terris littwanie, Russie et Mazouie ad terras Ordinis fugere contingerit, extunc Regnicole polonie et dominorum predictorum ipsos libere et sine impedimento quantumcumque remote se necessitas obtulerit debent insequi, quibus Commendatores, vicecommendatores, aduocati, terrigene, cines et ceteri ordinis officiales vel subditi, qui per nostros requisiti fuerint super insequucione, capcione et afflicoione dictorum maleficiorum nostris debent facere auxilia, consilia et fauores ut predictos maleficos capere possint, captosque Jure ipsorum

terrestri iuxta de meritorum exigenciam condempnatos affligere et punire. Et versauice si aliqui malefici de terris Ordinis ad regnum polonie profugerent ipsos subditi ordinis quorum interest libere ac sine impedimento possunt insequi, capere et iuxta excessuum qualitatem nostro iudicio terrestri conuictos condignis tradi suppliciis quibus nostri Capitanei Tenutarii, Burggraffii et officiales, terrigene et subditi quicumque requisiti per eos fuerint similiter auxilia et consilia pro detencione, insecucione et punicione predictorum maleficorum debent facere opportuna. Et in casu si capi non poterint, ordo ipsos fouere in suis non debet dominiis. Et si fouere vellet extunc ipsos in metis terrarum quas huiusmodi tangit negocium iurisdiccione teneatur exhibere et cum ipsis iusticie facere complementum. Item Ordo non debet fouere contra Regnum tales, qui regnum Polonie aut dominia suprascripta vel Regni subditos ac dominiorum predictorum diffidarent neque dominus Rex nec sui subditi in Regno servare debent contra Ordinem aliquos qui eundem diffidaret vel subditos ordinis qualescumque. Item omnia priuilegia, inscripciones, federa et contractus, munimenta et quelibet littere quas Ordo se habere asserit et specialiter concordia Thorunensis duo sentencie per Serenissimum Dominum Sigismundum Romanorum et cetera Regem Bude uidelicet et in Wratislauia late et littere originales quas habet a principibus predictis dominis Rege Polonie et Magno Duce littwanie super terris samogittarum et Sudorum et alias quaslibet nec non et ille quas habet super territorium et Castrum Nessouiense et uillas Orlaw, Murczinow et Nawawieş et aliis ibidem situatis et cetera a quibuscumque personis cuiuscumque gradus, status et condicionis aut eminencie existant super treugis et quibuslibet concordiis et contractibus perpetuis vel ad tempus inpresenciarum restituere debeat. Alioque cassari debent et penitus annullari nec adipsis aliquis in altea debet haberi respectus preterquam ad Concordiam et unionem presentes. Et si alique littere, privilegia et inscriptiones reseruati in posterum fuerint, super terris, territorio, Castro et villis predictis ac concordiis et contractibus suprascriptis Ille et illa extunc prout exnunc et exnunc prout extunc nullius debent esse roboris uel momenti. Item quod omnes captiui in presenti gwerra detenti ex utraque parte vicissim de Captiuitatibus huiusmodi dimittantur sine dolo et fraude liberi et soluti. Item quod antiqua nauigia circa Slothoriam videlicet peditibus, equitibus et cum levibus curribus ac circa Solicz et Fordan cum equis, rebus quibuslibet et curribus oneratis non debent prohiberi sed pateant cuilibet transeunti. Item quod omnes profugi de Regno Polonie terris Littuanie, Masonie et Russie qui in terris Ordinis hactenus fuerunt libere redire ad Regnum et terras predictas

valeant et bona ipsorum vendere commutare et pro beneplacito eorum voluntatem conuertere, hoc ipsum omnes de terris Ordinis prefugi uiceuersa facere possunt. Item quod omnia bona que per Magistrum generalem et Ordinem recepta sunt hiis qui sunt in Regno Polonie terris Littuanie, Mazouie et Russie debent per Ordinem restitui uiceuersa, pari forma et omnibus incolis Ordinis bona per dominum Regem recepta debent restitui integraliter et ex toto Item quod omnes Coadiutores et adherentes qui in fauorem ordinis tempore gwerrarum presencium dominum Regem et suum Regnum diffidare vigore presentis concordie ab omni impeticione domini Regis et subditorum debent esse liberi et quieti et e converso qui in fauorem Regni Polonie Ordinem diffidarunt. Item quod terra Pomeranie, Colmensis et terra Michalouiensis debent manere circa ordinem et sentencia legatorum sedis apostolice, quam dominus Rex habet super eisdem Cassa, irrita sit et inanis. Item quod omnibus apostatis qui fugientes de Ordine morantur in terris Polonie, Littuanie et Mazouie larga et libera facultas detur exeundi et de eisdem que eis placuerit se transferrendi Et quod omnimodo alii apostate ordinis predicti ibidem numquam foueantur. Item si pars aliqua ex predictis articulos aliquos bonos et parti utrique utiles et placitos excogitauerit infra hinc et terminum, in quo presens contractus debet consumari et finiri ut ille presenti concordie imponantur et inferantur. Item si aliquis de Regno Polonie subditos Ordinis in terris ipsorum violenter inuaserit et super eo Capitaneus Regni vel Tenutarius Regni requisitus iusticiam non faceret, extunc pro negligencia huiusmodi a capitaneatu vel officio est deponendus et hoc si legittime probatum fuerit contra ipsum similiter ex aliqua parte Si commendator in reddenda iusticia negligens fuerit destituatur et nichilominus qui succedet iusticiam teneatur facere expeditam. Si uero is qui pro iusticia racione delicti predicti requiritur simplex fuerit terrigena Et iusticiam facere recusaret extunc dampna iusticiam requirente per Capitaneum de bonis terrigene predicti compensentur et solventur. Item pro dampnis personis ecclesiasticis et ipsorum bonis Ecclesijs et monasterijs In gwerra presenti per dominos Regem Polonie et Magnum Ducem Littuanie antedictos et exercitus in terra Ordinis illatis et econtra per ordinem in Regno Polonie pontifices, abbates et prelati partis utriusque sufferre debent et nullus ipsorum racione dampnorum predictorum partem inferentem eadem debet Jure aut quauis alia impeticione molestare quolibet fatigare vel turbare quod eciam litteris suis autenticis et capitulorum suorum aut Conuentuum roborabunt. Item ad statuendum collectorem pecuniarum nauigij circa Thorun Capitaneus domini Regis Polonie vel is, qui fuerit ad ea deputatus et

Commendator Thorunensis pro tempore existens Conueniant et ipsum ad unum annum constituant qui sub prestito parti utrique iuramento peccunias, quas collegerit diebus dominicarum in manus utriusque presentet equali porcione diuidendas solutis preciis famulorum et reparacione nauium de communi. Et si post decursum anni ille collector parti non placuerat, extunc partes predicte conueniant et unanimiter tam Capitaneus siue ad ea deputatus quam Commendator alium eligant quociens fuerit opportunum; Seruicia uero per famulos nauigii predicti qui Scharwerk appellantur partibus predictis alienatis septimanis impendantur et tunc pars quelibet in sua septimana ipsis prouideat de expensis modo et forma sicud atteuus eis est prouisum. Item quod si in antea una parcium alteri bellorum fremitus aut gwerrarum quod absit mouere vellet, dissidia contra Concordiam et unionem parantes. Extunc utriusque partis subditi et homagiales terrigene et Ciuitates in hac parte bella mouere uolenti non debent contra reliquam parcium consentire in aliqua parte nec adiuuare vel assistere auxilio, consilio vel fauore per se vel alium puplice uel occulte super quo utraque pars suis subditis litteras inscripciones et munimenta specialia dare debet quod ipsos pro huiusmodi non assistentes et inobedientes non debet impetere castigare uel quovismodo impedire, quod futuri Reges Polonie et Magistri Ordinis antedicti ad requisicionem alterius promittant denuo et se inserebant quod huiusmodi Concordiam inuiolabiliter obseruabunt. Item si aliquando quod absit contingeret quod alique displicencie iniurie siue discordie inter predictos dominos Regem Polonie et Ducem magnum Littuanie ex una et Magistros tam in Prussia quam in Livonia predictos ex alia partibus specialiter emerserint, mox pars lesa alteri tenebitur et debebit litteris suis vel nuncciis illam significare iniuriam et tandem ambe partes efficere tenebuntur quod ipsarum Consiliarii ad certum locum et diem pro complananda huiusmodi discordia et iniuria refundenda conuenirent. de huiusmodi negociis tractaturi. hoc ipsum inter dominos duces et Magistros predictos obseruetur. Item omnes uiolaciones treugarum, pacis, federum, stipulacionum et contractuum, si qui inter partes predictas in gwerris preteritis accidissent vigore presentis Concordie annullamus et Cassamus omnes quoque nobiles Ciues et alios quoscumque homines in terris Magistri et Ordinis existentes ab omnibus homagiis alias nobis factis et prestitis liberamus et absoluimus per presentes. Promittimus quod nos tractatores presentis Concordie suprascripti pollicemur et spondemus bona fide sine dolo et fraude pro prefatis Magistro et Ordine quod dictam pacis concordiam et unionem per nos compositam tractatam et conclusam prefati Magister et Ordo tenebunt, seruabunt et custo-

dicant perpetuis temporibus et in evum inconcussa sincera fide sine dolo uel fraudis scrupulo ad ipsam quam ratificandam firmandam, roborandam et in formam debitam sub titulis dictorum Magistri et Ordinis suos prelatos et preceptores cum sigillis suis maioribus unacum sigillis terrigenarum et civitatum per tractatores alterius partis electarum in Gnywcow super crastinum diem ante festum omnium sanctorum proxime venturum destinabunt et sub punctis, articulis et Condicionibus superius descriptis ratificabunt, roborabunt et firmabunt, harum quibus sigilla nostra appensa sunt testimonio litterarum. Datum in loco stacionis exercituum nostrorum antedictorum videlicet ducis in Regis In flumine Ossa iuxta lacum Melno inter Raczyn et Rogozno Castra in terris Prussie ipso die sancti Stanislai pontificis gloriosissimi. Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo secundo.

Littere Concordie super perpetua pace Inter nos et Regem et Regnum Polonie.

Anno Mill. N. C. XXii. facta et ordinata.

IX.

Annus 1422.

Litterae Principum Germaniae ad regem Poloniae, quibus eum invitant ad exstirpandos haereticos in Bohemia et ad componendam pacem cum cruciferis.

Rok 1422.

List książąt niemieckich do króla polskiego, w którym go wzywają aby wytępił heretyków w Czechach i zawarł pokój z krzyżakamis.

Sequitur epistola missa Regi Polonie ab electoribus imperij nomine totius christianitatis.

Serenissimo principi et domino domino Wladislao Dei gracia Regi Polonie ducique littwanie suppremo et cet. amico et domino nobis gracioso. Serenissime princeps et domine post promptam quibusuis complacendi uoluntatem Solent que sui natura grata sunt facile persuaderi. Cum igitur pacis bono ad quod presens aspirat intencio in rebus cristianitatis nichil graciosius audiri nichil delectabilius concupisci nichil denique queat utilius possideri, Consequens ualde dignum uidetur ut in corde pudentis hortamenta que ad pacem sunt prä ceteris sibi uidelicet ymmo et captent benigni assensus auditum. Sane serenissime Rex pro ceteris non longe diebus prestantes uiri petrus Cordebug miles et suus collega uestre fraternitatis oratores egregij credenciali facultate suffulti narratione nobis diserta nobis exponere uestri nomine satagebant. Quod licet serenitati uestre Corona regni bochemie per nonnullos eiusdem incolas attencio fuisset oblata, eadem tamen serenitas ueritatis amore et catholice fidei contemplacione oblacionibus huiusmodi refutatis ueram se perpetuamque cultricem Christianam nominis demonstrarat. Idcirco quod contra fidem catholicam non recta sencientibus nullum umquam impenderet auxilium consilium aut fauorem. Sed nec ad faciendum premissa illustri principi domino Alexandro alias Witotolda duci littwanie uulgariter nunccupato consentiret, precantes insuper ut si qua hijs contraria fameque uestre serenitatis obscuratiua suggeri contigisset ueluti falsiloquia spernemus nos super recolacione tam grata plurimum exhillarati gracias deo cuius res agitur in hac parte et celsitudini uestre laudes attencius persoluere studebamus succensi sinceriori quomodolibet uestre serenitati complacendi affectu promptique excusare elloquia opportunitate percepta. Verumptamen quod subsequens fama premisse narracioni satis dissona in terris istis perstrepuit. Qualiter uidelicet quidam Sigismundus dux cognatus uester ut asseritur illustris nomine ducis Wytoldi supradicti proceris hoc militari agmine stipatus procuratorio nomine insectariorum Wicklefice heresis defensionis auxilium et ad captandum Regni predicti possessionem ingressus fuisset. Que tanto nostra durius afflixere precordia quanto amplius tantum principem Christiani Regis tytulo insignitum narratis premissis tam imparia et puritati catholice fidei tam aduersa dedecuissent. Verum ex denuo oratorum uestrorum hic in Nurmberg expositis et intellectis relatibus animati, synceritatem uestram sincerissimis deprecantes affectibus exortamur in domino quatenus in sapienciam quam omnium largitor in corde nostro uigere pro ceteris concessit. Eadem uestra Serenitas uero Ordinem statuumque qualitatem diligenti oculo desideratorum perpendisset, Currentem et gentilitate in uio ad fidei lumen preclarum serenitatem uestram miseratio diuina

uocauit, nonne ad fidei religionem non solum tenendam aut fouendam sed tocius potencie uestre uirtutę tenendam, nonne ad hec tam baptismalis quam regalis tytulus uestram claritatem perstringi certe nulle maiores diuicie, nulli thesauri, nulli honores et nulla melior substancia mundi quam diuicie fidei christianae unum et omni (?) post eius religionem ponenda, cui eciam uetusta potentissimaque non dubitauerat —— sub imperio ita se harum rerum curam bene gerere existimancia si diuine potencie bene et constanter famulata fuisset. Quid nam predicto homini non tam regnum littere sed eciam mundum anime lucrari dispendio. Et si uestra celsitudo oblaciones heresum sorde fedatas refutauerat uero refutet quesumus et opere refutet et effectu et tam uestra ac dicti Witoldi arma uniuersa in extirpacionem heresum et exaltacionem fidei conuertatis, hoc autem digne recteque fieri existimamus si prefatum zigismundum cum suis ad sua mox redire non tantum reuocet sed compellat proceres que ac subditos dicionis uestre subiectos animaduersione precellat quod eciam per uestram serenitatem e uestigio fieri summis affectibus de precandur . hoc etiam sacre fidei zelus deposcit que uestrûm flores aut folia in testimonio uerum non suscipit sed operum ueritatem inquirit. Ac etenim ceptacione fortasse deus uos probare disponit quantum assumpte sue fidei religionem pro terrenorum regnorum diuiciis diligatis. Quod Ecclesiam que expersequutionibus floret, oppressionibus crescit contemptibus proficit eciam alijs millibus modis si uos numquam in hoc diligentem conspexerit absque uestra ope et persequ absque mercedis retribucione qu gloriosus consequendum nunc in uestra ponit uoluntate poterit liberare, per hec quoque que ex hac materia quam multipliciter occasionem alloquendi sumencium labea comprimentur et illustrabuntur omnem famę uestre percepimus insuper qualiter serenitas uestra una cum duce Witolwdo aduersus uenerabilem Magistrum ac terras ordinis sancte Marie Theutonicorum disponeret arma mouere qui tamen treugas parati fuere suscipere sacro sancte Ecclesie Romane ac sancti Romani Imperij autoritatibus dumtaxat exceptis Arbitramur autem idipsum eadem et non minora quam supradicta Bohemie materia si processerit scandala seminare. Quid enim est in ęffectu prussiam inuadere quam eos quorum auxilio hereses essent extirpande seu exterminande ne ad hoc suffragare ualeant impedire. Et quidnam est illorum sanguinem fundere nisi prefatas hereses defensare proinde omnibus modo, forma et attencione qua supra hortamur requirimus et rogamus. Quatenus in casu quo congressio incepit dei ac nostri contemplacionem exercitus retrahantur et cessent si uero non cepit retineantur ne fiat et treugas in ultima Conuencione inter uestram serenitatem Magistrum et Ordinem supradictos Concor-

datas et Consencias nunc et acceptare placeat nec ex eo excusare quod Magister et Ordo prälibati Sacrosancte Romane Ecclesie ac sacri Romani Imperij mandatum et auttoritatem uolunt excipere. Cum ad hec comuni iure fidelitatis subieccione pariter et institucione sui Ordinis asstricti teneantur, has eciam trewgas Magistrum et Ordinem prefatos speramus accepturos quos et nos ad illas ineundas ut eo liberius caussis orthodoxe fidei subuenire queant inuitamus seriosius scriptis nostris. Quamuis autem desiderij nostri sit .... pericula per hec nostra scripta pro ambula procauere. Nostre tamen intencionis extitit ad honorem et defensionem catholice fidei pro elemento fauencia elementa cum salute pro actu solempne ambusiatam nostram ad serenitatem uestram et prefatos Magistrum et Ordinem destinare desyderio reformande pacis hincinde. Alijsque papuli Christiani rebus salutaribus pertractandum Cupientes ut in hijs que ad pacem sunt ac catholice fidei consenciacionem et proteccionem respiciunt regalis clemencia sic se inclinatam exhibuit quod Christi sponsa immaculata sine ruga sita Mater Ecclesie ex reformata inter uos et dictum Ordinem deo grata pace capiat succrementum. Ne si quod longe absit secus eueniat et non nisi pugiles sacre baptismatis caractere insignitos cateruatim mere fideliumque sangwinem serio confratrum ... fundi et exinde obstinatam hereticorum perfidia roborari, adaugeri quod contingat sic uobis queat imputari. In hijs itaque uestra Serenitas hortamentis nostris exorabiliter condescendentes erga deum et totum mundum copiosius laudem et gloriam cumulabit. Nosque faciet ad uniuersa que status uestri augmenta felicia concernunt in tesioribus desyderiis aspirare. Datum Norimbergae XXVI die mensis Julij Anno domini Millesimo Quadringentesimo uigesimo secundo nostris Conradi Maguten. et Ottonis treuerensis Archiepiscoporum, Ludowici Comitis palatini rem et cet, Arwerti Ducis Saxonie et ffrederici Marchionis Brandemburgensis etc. sub secretis.

X.

Annus 1422.

Rex Poloniae invitat incolas terrae culmensis, ut sibi contra ordinem assitant.

Rok 1422.

Król polski wzywa mięszkańców zieme chelmińskiej, aby się z nim połączyli.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Littwanieque princeps supremus et heres Russie et cet.

Uniuersis et singulis Militibus et Clientibus ceterisque nobilibus necnon Communitatibus et Indigenis Terre et Ciuitatis Culmensis quibuscumque Credimus a uestre uniuersitatis noticia non esse peregrinum quoniam post tot gwerrarum deflenda et mesto corde memoranda exercicia que inter nos ex una et Magistrum et Ordinem Cruciferorum parte ab altera heu dolor sunt patrata pacis semper dulcedinem quesiuimus ut sopitis inter nos utrinque gwerrarum disturbijs Terre Regnique ipsorum in amenitate quietis foelicibus gratulari potuissent incrementis et quantos labores quantasue impensas pro ipsa fecimus usque modo nomine (nonne?) uobis claruit uniuersis. Nouissime uero ad requisicionem et hortacionem Sanctissimi domini nostri Martini pape nobis graciosi treugaspacis cum ipsis ad unius anni decursum facere grato animo uoluimus ut ipsis pendentibus perpetue pacis federa inter nos et Magistrum et Ordinem tractari comodosius potuissent et maxime ideo ut effusioni christiane sanguinis cuius abominamur profluiua modo parcemus a quibus Magister et Ordo prout uestre uniuersitatis speramus . . . . esse noticiam se friuole subtraxerunt. Nos uero uolentes amplioribus regni nostri dispendiosis prouidere perulicis que nobis et Regno nostro forsitan a prefato Magistro et Ordine imminere potuissent mouimu exercitualiter inuite teste deo gentes nostras cum quibus licet multo ante tempore Terras Ordinis intrare potuissemus tamen syncerissimo affectu cupientes quod aliqua nobis equalitas a Magistro et Ordine obuiare potuisset cum ipsis tardo gressis non sine graui et

notabili terrarum nostrarum dispendio per dominia Regni nostri transiuimus utique in precordiis nostris affectantes manus nostras ab effluxu Christiani cruoris seruare innocencias et desiderate pacis amenitate florida confoueri . postquam autem Terras ipsorum ingressi sumus semper passim paulatimque processi sumus cupientes cum minoribus dampnis terrarum Prussie omnem adhuc equitatem amplecti si que nobis a prefato Magistro et Ordine fuissent exhibita, Nunc autem fluuium Drwancza felici gressu transiuimus et quamquam tot uictoriosos triumphos de hostibus nostris largitur nobis altissimos de ipsorum tamen nolentes euentibus et successione felici gloriari extunc si aliqua a prefato Magistro et Ordine nobis porrecta fuerit equalitas ipsarum sicut prius ita et nunc gratissime amplecti nos noueritis esse pronos et insuper uobis clare constat quoniam preteritarum gwerrarum tempore semper pro posse nostro a destructione et uastacione terre Culmensis incolatus uestri abstinuimus et hucusque si prescriptorum fieri posset remedium vellemus ab ipsius desolacione abstinere. Verum ipsi nostis exercituum nostrorum potenciam ex diuersarum gentium nacionibus congregatam quam si forte in Terram uestram uos inducere quamuis inuitos teste altissimo contigerit, ab ipsius graui cruenta letalique uastacione et si uellemus non poterimus proch dolor! tantam fere multitudinem infinitam eciam qualicunque diligencia et sollicitudine apposita cohibere. Recordio eciam uniuersitatis uestre reducimus quomodo dum de hostibus nostris congressu campestri altissimus nobis triumphum concesserat, tunc fidelitatis omagia nobis prestitistis a quibus hucusque uos nunquam dimisimus liberos nec solutos, quare uos tenore presencium requirimus et hortamur, quatenus nobis iuxta prestitute fidelitatis homagia ut perfertur assistere uelitis et secundum formam Iuramentorum per uos prestitutorum adherere Talia vero iam pleris uicibus uobis direximus scripta nostra nec a uobis responsum habere potuimus usquemodo. Ideo nos hortamur et requirimus . . . . . super prescriptis nobis finalem faciatis responsiuam Datum in loco Stacionis Exercituum nostrorum circa Goluby Castrum feria tercia infra Octauas Assumpcionis Marie uirginis gloriose. Anno Millesimo Quadringentesimo uicesimo secundo.

Ad mandatum Domini Regis Sbigneus.

XI.

Annus 1422.

Legati regis Poloniae certiores faciunt episcopos Prussiae et commendatores, se Gniewkoviam ad indictam conventionem venisse.

Rok 1422.

Posłowie od króla polskiego uwiadomiają biskupów pruskich i komturów o swoim przybyciu do Gniewkowa na zjazd zapowiedziany.

Reuerendissimi patres et honorabiles domini amici nostri carissimi. Ad memoriam uestris dominacionibus reducimus Inscripciones uestras de Conuencione inter nos et uos die date presencium uidelicet in crastino Om. sanctor. in Gnewcow celebranda pro consumacione pleniori per utramque partem factam, pacem perpetuam roborandam ad quam diem et locum predictum uenire non neglexinus diuina clementia suffragante. sed multum miramur quod nulla signa uidemus per que cognoscere possemus uestrum felicem aduentum. Ideo rogamus amiciciam uestram quatenus nos de uestra intencione in premissis uelitis celeriter informare scientes, quod nobis dominorum nostrorum Regis polonie et Magni ducis lythwanie ordinacionem non licet excedere nec locum mutare. Datum in Gnewkow feria secunda in crastino Omnium sanctorum Anno domini Millesimo quadringentesimo vicesimo secundo.

Johannes Wladislauiensis, Andreas Poznaniensis dei gracia Episcopi, Johannes decanus Cracouiensis Regni Polonie vicecancellarius cum aliis baronibus et dignitarijs ad hanc conuencionem deputatis.

Reuerendis in Christo patribus dominis Johanne Warmiensis, Gothardo Pomezaniensis dei gracia Episcopis et honorabilibus Heinrico Holt in Elbing, Martino kempnater in Thoron Commendatoribus, Ceterisque in hac parte ipsorum consortibus, amicis nostris carissimis.

XII.
Annus 1423.

Litterae regis Poloniae ad Cancellarium regis Romanorum, se cum illo convenire velle.

Rok 1423.

List króla polskiego do Kanclerza króla rzymskiego, w którym mu pisze, że chce mieć zjazd z królem rzymskim.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lyttwanie princeps supremus et haeres Russie et cet.

Reuerendus in Christo pater, Magnificique et nobiles uiri amici nostri Recepimus pridie litteras uestras ex quarum tenore ex pleno percepimus Serenissimum principem dominum Sigismundum Romanorum Regem et cet. fratrem nostrum carissimum in hoc proposito firme persistere quod uelit nobiscum secundum disposicionem inter utriusque nostrum prelatos et Barones in proxime celebrata Conuencione inter eos conuenire. dummodo nos uelimus uenire ad eandem et esse in Ciuitate nostra Sandecz uel alio competenti loco illi in propinquo adiacenti. Ipse uero Dominus Rex Romanorum in Cassouia Ciuitate sua eciam esse uellet et cet. Et quia non ambigimus nouistis quocienscumque de similibus conuencionibus siue diebus placitorum disposiciones et conclusiones quibus cogitari non potuerunt Cerciores, occurrebant, nunquam de parte nostra defectus aliquis quamuis eciam potuisset aliquibus certis et legittimis racionibus excusari contingebat, sic et nunc dante domino non continget, quin ad locum et diem super quo utriusque nostrum prelati et Barones, quos priusquam nostra personalis Conuencio subsequatur. Ad conueniendum et tractandum uobiscum de loco et die predictis ante nos ad aliquem locum utrique parti competentem premittere decreuimus, concordabunt, sine cuiuslibet ambiguitatis dubio ueniemus. dumtaxat uos ipsi disponite quod predictus frater noster carissimus Romanorum Rex in constitutis et electis per Ambaxiatores presencium die loco et termino non negligat eciam qualicumque necessitate occurrente comparere, ut non oporteat nos ultra constitutam diem, locum et terminum aduentus ipsius sicut in pluribus preteritis

temporibus recordamur contigisse sub dubio prestolari. Alioquin nobis ipso fratre nostro Rege Romanorum absente comparentibus, exigente negociorum nostrorum uarietate multiplici aduentum ipsius fratris diucius, quamquam id alias pro sua honestate fecerimus, nequaquam ualebimus expectare. Datum in loco uenacionum nostrarum circa Stagnum Thur feria sexta proxima ante festum purificacionis sancte Marie uirginis Anno domini M°, CCCC°. XXiii°.

Ad mandatum domini Regis Sbigneus sedis apostolice prothonotarius prepositus et cet.

Reuerendo in Christo patri domino Georgio Episcopo pataniensi Aule Regie Romane Cancellario et Magnificis Nicalao de Gara Palatino Regni Hungarie Monithianusch Pieponi de Ozoua Comiti Pomesiensi Czech peter Rozgon Schtwan Henrico filio palatini et Nicolao de Pevein Marschalco amicis nostris dilectis.

XIII.

Annus 1423.

Foedus inter regem Poloniae et Regem Romanorum initum.

Rok 1423.

Przymierza zawarte między królem polskim, a królem rzymskim.

Nos Wladislaus dei gracia Rex polonie Nec non terrarum Cracouie Sandomirie, Siradie, Laucicie, Cyaawie, Lithuanieque princeps supremus Pomeranie Russieque dominus et haeres et cet. Alexander alias Wytawdus magnus dux Lithuanie et cet. Notum facimus quibus expedit uniuersis, Altitudo diuiciarum sapiencie et sciencie Dei cuncta disponens, numero, pondere et mensura, qui eciam corda tenet regum et illa quo uoluit sua uoluntate deflectit. Nos cum Serenissimo principi domino Sigismundo dei gracia Romanorum et cet. Rege fratre

nostro carissimo conuenire disposuit, ut inter nos mutuis hincinde tractatibus, colloquiis et placitis obseruatis et habitis inter nos ab una Et prefatum dominum Sigismundum Romanorum Regem fratrem nostrum carissimum parte ab altera, Super omnibus odijs displicenciis rancoribus discrepancijs, lesionibus, dampnis, iniuriis et offensis post perpetua pacis federa dudum in biblio inita inter nos utrumque suborta, suscitata et occasione quacumque et quacumque parte transigisset mutua caritas et rediuiua fraternitas oriretur. Omnium Rancorum, odiorum, displicenciarum, dissensionum, dampnorum, iniuriarum, offensarum, et discrepanciarum spiritus sc. nos gracia dirigente ammotis prorsus fomitibus et incentiuis peremptis paxque perpetua et tranquillitas instaurentur, quia non nisi pacis in tempore bene colitur autor pacis. Idcirco non per errorem aut improuide sed animo deliberato sano prelatorum, principum, Baronum et procerum nostrorum fidelium accedente consilio huiusmodi pacem, unionem et fratritatem restauramus et reducimus ad fraterne caritatis pristine perfeccionem, Que per quedam incommoda dampnorum, Iniuriarum et offensarum predictarum fuerant aliquanto tempore intercepta. Ita quod ad ea mala numquam de cetero sub fide et honore et pondere prestiti Iuramenti instantibus seu obuiantibus suggestionibus persuasionibus et susurris quorumcumque quomodolibet reuertemur. Nec eorum ullo umquam tempore nos et heredes et successores nostri inter nos in malo debemus nec uolumus reminisci, ad animum reuocare, innouare uel mouere ex nouis uel alijs quibuscumque caussis et casibus emergentibus in futurum In quocunque statu uel dignitate eminentiae dirigente altissimo fuimus sublimati. Sed dominum dominum Romanorum et Hungarie Regem et cet. mutuis fauoribus et amoris uinculo persequi tenebimur ac si numquam inter nos et eum dissensiones, odia, dampna, et iniurie huiusmodi contigissent. Ipsum que uera perfecta Christianica et indubitata caritate complecti nuper litteras et inscripciones inter nos in liblio editas et sub fidei puritate et Iuramento firmatas. Insuper promittimus pro nobis, heredibus et successoribus nostris et sub fide et honore nostro promittimus pollicemur pro nobis terris et subditis Regnorum nostrorum nostris et ipsorum nominibus quod uniuersas et singulas litteras, Inscripcionum, priuilegiorum, contractus, paccionum et munimenta omnia inter nos et dominum dominum Sigismundum Romanorum et Hungarie Regem et cet. fratrem nostrum carissimum et eius subditos inita concepta, edita, facta, et finita sub quacunque forma uerborum seu tenore, quocunque tempore et in quibuscunque locis et presertim litteras predictas in liblio Iuramento firmatas, quas hic habere uolumus pro insertis seruabimus. Nec racione et occasione huiusmodi odiorum, displicenciarum In-

iuriarum, dampnorum, lesionum et perturbacionum inter nos et dominum fratrem nostrum forte suadente seminatore zyzanie suscitatas, ullam instanciam, lesionem, dampnum, preiudicium et iacturam quoquomodolibet faciemus sed semper huiusmodi concepta firmitas pacta federa et caritatis uinculum In solida, perfecta continua et firmitate perpetua In eo statu et uigore in quibus a premaeuis eorum exordijs fuerant debebunt inuiolabiliter remanere Et iugiter pudorem effectum et efficaciam optinere. Easdem litteras priuilegiorum et contractus prefatos innouantes ratificantes gratificantes roborantes et de certa nostra sciencia confirmantes. Et nos Albertus dei gracia Episcopus Cracouiensis Regni polonie Cancellarius supremus Semouitus iunior et Alexander eadem gracia duces Mazouie, Johannes de Tharnow Cracouiensis, Sandziwogius de Ostrorog Poznaniensis, Nicolaus de Michalow Sandomiriensis, Matias de Labischin Brestensis Palatini, Mosticius de Stanschow Poznaniensis, Dobeslaus de Oleschnitcza, Woynicensis, Fflorianus de Corithnitcza Wisslicensis, Johannes de Telischkow Calisiensis, Martinus de Rithwany zauichostensis, Domeratus de Kobilany, Biecensis, Sbigneus de alto monte Rospergensis, Johannes de lanczenitze Sanctocensis, Johannes de lichin Sreniensis Castellani, Sbigneus de Brzezie Marschalcus, Regni Polonie, Gregorius Gedigold, Capitaneus podolie, Nicolaus Sepensky Consiliarius magni ducatus Lithwanie, Janussius Niger de Garbow Capitaneus Cruschuitzensis, Heinricus de Rogow Vicecancellarius Regalis, Johannes de dombrowa pincerna Regalis, Albertus Massky lanciciensis, Thomassius Scheliga Syradiensis, Petrus de Pikary Regiualis subcammerarij, Pawlus de Biscupicze, gladifer Regalis, Johannes et Spitko de Melstyn domini, Dobrogostius Swidua de Schamotuli, Stanislaus de Chadaw uenator lanciciensis, Petrus de Medwedz Incisor Regius, Johannes noss. de Dobrkow, Laurencius Zaramba Marschalcus Curie Regalis, Sbigneus de Lapanow Camerarius Cracouiensis Petrus de Corow, Thonike Callsky, Johannes Glowatz de Oleschnitcza, Nicolaus Powala de Tatzowa, Nicolaus de Caristow, Stanislaus Ebermuth de Vynary, Johannes Gamrath de Chlimonthow, Iwo de Wywla bona fide et Christianica Nostris et fratribus Regnicolarumque uniuersorum uice et nominibus assuminus et pollicemur. Quod omnia et singula superius scripta et expressa dominus noster Wladislaus Rex et dux attendet. Nos quoque attendemus et seruabimus suam quoque serenitatem inconcusse. Obseruandum inducemus dolo et fraude in omnibus et singulis premissis procul motis presencium sub nostre maiestatis ac nostri Alexandri alias Wytawdi ac eciam prelatorum, principum et Baronum predictorum sigillorum

testimonio litterarum. Datum in Oppido kesszmarok Strigoniensis dioceseos Anno domini Millesimo quadringentesimo vicesimo tercio feria tercia post dominicam Ramispalmarum.

XIV.

Annus 1425.

Rex Poloniae commendat magistro generali duos nobiles Misnenses ad sanctum sepulchrum peregrinantes.

Rok 1425.

Król polski poleca wielkiemu mistrzowi dwóch z slachty z Misnii, pielgrzymujących do grobu swiętego.

Magnifico et Venerabili domino Paulo de Rusdorff Magistro generali Ordinis Sancte Marie theutunicorum fratrum de Prussia compatri nostro carissimo.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie lithuanieque Princeps Suppremus et Heres Russie etc. —

Magnifice et Religiose compater noster carissime, Hiis diebus proxime preteritis Nobiles Georgius Enczemberg et Johannes Glauckenberg de partibus Misnen. cum multis litteris recommendacionum et testimonialibus diversorum principum Almanie amicorum nostrorum ad nos applicuerunt, et secundum quod ipsi principes in fauorem ipsorum scribentes nos deprecabantur litteras ipsis cum salvisconductibus dedimus opportunas qui per Terras et dominia vestra prussie ad preclarum principem dominum Alexandrum alias Witoldum Magnum ducem lithwanie fratrem nostrum carissimum et demum ad Sacrosanctum Sepulcrum dominicum causa exercicii militaris proficiscuntur. Ideo rogamus caritatem vestram quatenus ipsos Georgium et Johannem intuitu nostri ac ipsorum princi-

pum amicorum nostrorum proipsis scribencium grate suscipientes et benigne per Terras et dominia vestra prussie cum ipsorum Comitiua permittatis de saluis conductibus usque ad dominia ipsius Carissimi fratris nostri magni ducis prouidendo Ineo nobis et dictis fratribus nostris principibus Almanie qui partes suas pro eis interponunt . facientes. Datum in Costan feria secunda octaua die mensis Julii Anno domini Millesimo quadringentesimo SXV°.

Ad mandatum domini Regis
Stanislaus Czolek. R. P. vicecancellar.

XV.
Annus 1425.

Rex Poloniae invitat magistrum generalem, ut delegatos suos ad finiendum negotium circa limites mittat.

Rok 1425.

Król polski wzywa wielkiego mistrza, zakonu niemieckiego aby posłów swoich do zakończenia sprawy około granic, zesłał.

Wladislaus von gotes gnaden konigk czu polen Furste zu Litten Oberster Erbeling czu Ruwssin.

Grossmechtiger vnd erwirdiger vnsir luter lieber gefatter, Wir haben gehort euwir briffe vnd vollkomelichen vornomen, vs den wir czien die geneyt den tag vnd die stad durch vns mit vnsern sendeboten die wir nu vfgenommen haben czu volenden die grentzen czwuschen den landen vnsirs Reichs vnd euwern landen als czu den geynoten der Newenmarke, Ir begert ouch. Eer das man gee czu uolende die egedochten grenitzen das wir vnser Rethe glich mit den euwirn czu eyner bequemen handelunge czu habin von wegen vnd weisen bi den vorgesprochen grentzen nach Inhaldunge des Artikels vnd vorschribunge

in den briffen des ewigen fredis vnd ouch eyne dirforschunge vnd eyne eyntracht mache von der bedutunge des selbens artikels und ouch wisset das wir noch euwern begerungen vnsir Rathgebin czu Nieschowa eine Woche nach dem Feste assumtionis Marie uw nehest wellen senden vnd doselbist ouch Ir dir euwern wellet senden mit voller macht vnd gewalt czu handeln alle notdurftige ding vnd sunderlich die do not sien bie dem artikel, Als Ir ouch schriebt das zu der egedochten sammelunge der Rath des irluchten Fursten Herrn Allexanders anders Wytawds grossfursten zu Litten vnsers allerliebsten Bruders auch in den vorgedachten gescheften were etc. wen die Ding vnd die geschefte haben nicht eyne vfsehen vf litten, Auch wenn man merket der stadt weyte geleygenisse die vns vnd den egedochten vnsirn bruder von eynander teilen vnd auch die kurze der cziet, in der Man enden sal die gedachten grentzen so vermute wir vns irer kegenwart nicht not czu sien vnd auch die Woyweyden edeln knechte vnd stete vnsers reichs bewegen vnd Irmanen vnd ane vnderlas, das wir nach Inhaldunge der vorgesprochen briefe, den selbigen vnsir briffe gebin. vff das abssich gefyle das die machungen des fredes von vns hin und her das es beydersyth ader durch vnser nachkomelingen werde vorseret das den dieselbigen vnser vndersassen vns hulfe vnd bystendikeit czuthunde los wurden vnd von huldungen eeden vnd gemeyniclichen von allen geloubeden wurden gefryget, vndirrichtet ouch das die euwern die ir senden werdet das ir ouch desglichen widir sulche briffe den edlen lantlewten steten Inwonern euwer laude vnd vnsern vndirsassen geben wellet das ir von den allen vorgesprochen dingen wellet euwern willen geben czu vorsteyen, dem erwirdigen in gote vater vnd Herrn Herrn Johannes Bischoff czu Lesslaw Ab ir die zusammenkommunge vorgedocht, czu Nyestowa wellet bewerd vnd geneyme czu habynne, das die vnsern czu ziten dorczu wurden gewarnet Gegeben czu Loncicie am donrstage am andern Tage Jacobi apostoli Anno M° Quadringentesimo vigesimo quinto.

XVI.
Annus 1424.

Rex Poloniae nuntiat commendatori Thorunniensi se prope diem venari velle.

Rok 1424.

Król polski oznajmia Komturowi toruńskiemu że wkrótce polować zamyśla.

Also hat der Konyng von Polan geschrieben dem Compthur von Thorun.

Vladislaus dei gratia rex Polonie et caet:

Venerabilis et religiose grate nobis dilecte de venatione nostra iniqua nobis non nimis prosperi successus vobis tunnam feriarum mediam de cervo ac mediam onagei destinamus per presentium ostensorem. Compatri atamen nostro Magistro Prussie generali duas tunas earundem et Marschalco unam nec non Commendatori de dziezgon aliam dirigimus, Quas petimus ipsis per nos presentari et dirigi pro complacencia nostra singulari. Datum in Skaw loco venationis nostre die dominica ante Stanislai mertyris Anno et cet. XXIX.

Dominus Rex
per se.

Rex Polonie scripsit commendatori Thorunensi.

XVII.

Annus 1424.

Rex Poloniae nuntiat Magistro generali, se novos commissarios ad limitationem finium nominavisse.

Rok 1424.

Król polski uwiadomia wielkiego mistrza, że wyznaczył, nowych komissarzy do oznaczenia granic.

Magnifico venerabili viro domino Paulo de Rusdorf Ordinis beate virginis de domo Teutunica Magistro Prussie generali amico nostro carissimo.

Wladislaus dei gratia Rex polonie litwanieque princeps Suppremus et heres Russie etc. —

Magnifice Amice et Religiose dilecte, Recepimus literas vestras quarum tenorem sano comprehendimus intellectu In quibus scribitis quomodo limittacio siue distinctio metarum inter nostras ab vna et vestras terras parte ab altera iuxta vim et effectum concordie placitata et conclusa suum effectum debitum nostris prelatis et Baronibus ad id deputatis efficientibus sortiri non potuisset. Qui vti scribitis nec ad quasdam literas vestras nec ad aliquas probaciones legittimas huiusmodi limitationi necessarias intendere voluissent. Sed nec per loca neque aliqua Signa metalia per vos seu per partem vestri demonstrata sequi voluissent propter quod pretenditis quo per ipsos stetisset quo minus hujusmodi distinctio siue limitatio metarum sit dilata et protracta, quos lice requisissetis vt duos ex ipsis ad premissa faciendum vigore concordie premisse elegissent Ipsi tamen ut scribitis eligere recusassent. Exaltera vero parte puta prelatorum et Baronum nostrorum predictorum fuimus de contrario informati qui ut scribunt nobis ad electionem huiusmodi annuissent. Sed ipsam suspendissent volentes a nobis informari de personis eligendis Et quia nos vna cum preclaro Principe domino Alexandro alias Witowdo Magnoduce lithwanie fratre nostro carissimo a prosecutione concordie et eius effectum in nullo recedere quinymo ipsi insistere intendamus Reuerendum patrem dominum Johannem Episcopum Wladislauien . et Magnificum Mathiam de labischin palatinum Bresteū . aut eo impedito vel absente

magnificum Janussium de Cosczelecz Wladislauieñ palatinum nominauimus et deputauimus quibus dedimus in mandatis vt ipsi recepta a nobis ipsis tradita et concessa potestate difficultatis sublatis obstaculis que pluralitate personarum ut plerumque eueniunt. Cum vestris duobus proparte vestra similiter eligendis in festo sanctorum Simonis et Jude proxime affuturo aut aliquo dierum immediate sequencium conveniant.et prout justum et rationabile fuerint de metis predictis decidant et congnoscant Ad quorum Electionem vos similiter efficaciter intendatis et nos informetis de voluntate vestra per quam reddamur cerciores de die hujusmodi et personis scribimus etiam Reuerendis patribus dominis Johanni predicto et Andree poznanieñ Episcopis mandantes et comittentes eis seriose quatenus ab accionibus et propositionibus velud nobis scribitis contra vos intentatis siue intentandis cessent protinus dummodo ab effectu concordie dependeant aut ipsi concordie in aliquo derogarent. Dat. in Luczsko ipso die Sancti Michaelis Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quarto. —

Relatione venerabilis Stanislai Czolck Cantoris Cracouiensis.

Caput XIV.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de Anno 1423 ad annum 1427.

Rozdział XIV.

Akta dyplomatyczne za panowania Władysława Jagiełły, od roku 1423 do roku 1427.

I.

Annus 1423.

Rex Poloniae commissarios elegit ad recipiendum castrum Draheim.

Rok 1423.

Król polski wyznacza kommissarzy do odebrania zamku drahimskiego.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lithuanieque Princeps suppremus et heres Russie et cetera.

Venerabilis et Religiose amice noster, Litteras uestras nuper accepimus quod Consiliarii nostri qui iuxta inscripciones inter nos utrimque in Weluna factas

grenicies inter Regnum nostrum ex una et Terras uestras parte ex altera limitari et terminari debuerunt, incipientes limitacionem huiusmodi inter terram nostram dobrinensem ex una et Terram Michalouiensem Ordinis uestre parte ex altera, ipsam in modica parte terminandam reliquerunt, quod quidem ad festum natiuitatis Marie uirginis qui fuit terminus limitandi inter Terras nostras et terram Pomeranie, quedam negligencia est commissa, Idcirco Consiliarii nostri, Prelati ac Barones qui in Conuencione in Wartha celebrata fuerunt constituti concluserunt, quod ad perficiendam et terminandam huiusmodi limitacionem ad festum sancti Nicolai proximum, quem diem ad hoc pro speciali termino elegerunt, iteratis uicibus Consiliarios nostros dirigere uellemus, ad quem quidem terminum Reuerendissimum in Christo patrem dominum Johannem Episcopum Wladislauiensem, qui tunc quum primus terminus limitacionis fuit, videlicet in festo natiuitatis Marie, in uestris fuit dominiis constitutus et possessionum bonorum dicte sue Wladislauiensis Ecclesie recipiebat, necnon Magnificos et Strenuos Mathiam de Wansosche Calisiensem, Mathiam de Labyschin Brestensem, Janussium de kosczelecz Wladislauiensem Palatinos, Mathiam kooth Nakliensem, Thomam de Pakoscz bydgostiensem, Johannem Brczozoglawy laudensem Castellanos et Andream Capitaneum Brestensem, quibus hocipsum limitacionis similiter commiseramus negocium cum pleno mandato et potestate omnimoda transituros deputauimus commisimus quod eisdem quatenus omni remota negligencia sine dilacione ulteriori dicte limitacioni intendant finaliter cum effectu Velit igitur synceritas uestra Consiliarios uestros et nunccios cum pleno mandato sicut et nos ad dictum terminum destinare, qui illud quod in priori termino est neglectum, in hoc sine aliqua dilacione terminarent. Nichilominus synceritatem uestram petimus et hortamur quatenus nuncciis uestris quos illuc destinare uolueritis committatis quod circa antiquas limites tempore domini Casimiri diue memorie predecessoris nostri olym Regis polonie tentas et seruatas ex utraque parte relinquamur, prout hoc ipse tenor Concordie inter nos nouissime fauente domino inite continet, ut autem predicta concordia inter nos solida et constans permaneat quam s . , concedente altissimo inuiolabiliter seruare intendimus, uestris uelitis Compredecessoribus et ceteris officialibus committere quod subditi Regni nostri circa libertates antiquas tempore predecessorum nostrorum tentas conseruarent solucionesque insolitas et alienas moribus uel quascunque alias angarias temporis non imponant et presertim Mercatoribus qui se per quasdam nouas et inusitatas exacciones Phuntgeldt dictas, non modicam grauatos per uestros Officiales coram nobis asserebant per quas

Concordie huiusmodi non modicum uiderentur derogari. Insuper iuxta uota et desyderia uestra omnibus Capitaneis et Tenutariis nostris uobiscum in uicina manentibus commisimus seriose quod deinceps litteras uestras quascumque nobis direxeritis a vobis et uestris nunciis suscipiatis et easdem nobis sine negligencia transmittant quum aliquocies negligencie committebantur ex eo quod nunccium uestrum nos propter longam distanciam non cito accedere potuerunt. Inter cetera synceritatem uestram requirimus presentes et hortamur quatenus si Magnificus dominus Sandiwogius Palatinus posnaniensis et Capitaneus Maioris Polonie sincere nobis dilectus infirmitate graui aut aliqua ineuitabili necessitate occuparetur, cui Castrum nostrum Draheim resignare se obtulistis quod huiusmodi resignacioni personaliter non posset interesse. Et aliquem filiorum suorum ad sinceritatem uestram pro recipienda dicti Castri possessione destinuit . extunc prefato filio suo quem destinandum duxerit possessionem predicti Castri nostri assignare uelitis sine dilacione ulteriori, fidem sibi uelud nobis uel eidem Sandiwogio adhibentes. Item ad limitandas granicies prescriptas Magnificum Mathiam Palatinum Calisiensem unacum aliis nostris Consiliariis deputamus. Si uero prefatus Palatinus infirmitate aliqua detentus fuerit quod huiusmodi limitacioni non ualeat personaliter interesse extunc uolumus quod ceteri Consiliarii nostri, qui ibidem fuerint constituti in absencia sua plenam limitandi et de singulis ipsis commissis concludendi habeant potestatem. Datum in Byecz feria tercia proxima post festum sancti Martini. Anno Millesimo Quadringentesimo vicesimo tercio.

Ad relacionem Venerabilis domini Czolconis Cal. Cracouiensis et Scolastici Sandomiriensis Regni Polonie Vicecancellarii.

Venerabili ac Religioso domino Paulo de Rusdorff, Ordinis beate Marie virginis hospitalis Jerosolimitani de domo Theutonica Prussie Generali amico nostro charissimo.

II.

Annus 1425.

Rex Poloniae concordat cum magistro generali Paulo de Russdorf in negotio limitandarum finium.

Rok 1425.

Król polski robi z wielkim mistrzem Pawłem de Russdorf ugodę w sporach o granice.

Wir Wladislaus von gotis gnaden koningk czu polan etc. Thun kunt mit luwte dysses briffes Allen den is werdt noth thun das am tage vnd stad hir vndergeschrebin glich mit dem irluchten vnd claren fursten Alexandro anders wytauwdo grosfursten zcu littauwem vnserm allerliebsten brudere von eyme vnd dem grosmechtigen vnd geistlichen herrn paulo von Rusdorff des ordens sunto marien des deutschen hawses von Jerusalem homeister vom andern teilen tzusampnekomende von den vnd obir die nachgeschrebin artikeln entscheidungen habe wir gemacht eyne sulche ordenunge vnd vorclarunge als hir nachfolget. „Der erste Artikel ist der, das wir koningk vorgesprochen, sayen quidt den Meister vnd den orden ebenumpt von dem Ansproche der endunge der grenitzen, czwschcu der Newemarke vnd den landen czu polan, vnd die selbige werde wir Thun mit dem allirdurchluchsten fursten vnd herrn herrn Sigismundo Romischin vngrischim vnd behemischim konige etc. adir synen nochkomelingen noch der stad vnd der czieth bequemekeit vnd abs gefile in deme der vorgedachte herre koningk Romischir vngrischir vnd behemischir etc. mit vns tete dey vorgedachte endunge der grenitz abegynge vnd sturbe, denn dy nachkomelinge ab auch der meister vnd der orden nach dem abegange des vorbenumpten Romischen etc. konigis nachkomen. Adir sey in vorsatzunge halden denn als wy nw kegenwertichlich halden vnd besitzen denselbigen grenitzen czwuschen vnsern landen polan vnd der newenmarke entscheiden enden vnd besteidigen mit vns ader mit vnsern nochkomelingen adir vnsern adir vnsir nachkomelinge Sendeboten dey dorczu geschichet werden ader gesant sullen seyn vorbunden etc. —

Der andir artikel ist das wir konig sullen senden . . . . . . senden etzliche vn sers Rathes, dey mit den, dey do sint des Rathes des vorgedachten grosmechtigen Herrn homeisters vnd ordens . . . . . am drythen Sonntage nach ostern nu nehest folgende bey Jesnitz czusampnekommende sullen haben folle macht czu enden czu . . . . . vnd czu besteigende dy grentzen czwuschen vnsern landen Cuyevie vnd polen von eyme und der lande Colmen vnd pommern vom ander teile nach dem luthe vnd inhaldunge der houptbriffe darobir gemacht. Eynen sundertlichden der vorgesprochen Meister vnd ordo des konigis Casimirs vnd der ander herrn heinrichs Thusyner vorczithen homeisters den wir haben denn von beiden teilen vorczubrengen etc. Item wir vorgedachte koningk werden des glich senden etzliche vnsirs rathes achtage vor pfingsten adir sechs wochen nach dem ostertage nehestfolgende bei Dryszen dey sich sammeln sullen mit etzlichen des rathes des gedechten herrn meisters und des ordens, vnd sullen handelunge haben von der endunge der grenitz obir den do selbist von beiden teilen clage adir czwyfel ist, vnd ab sy mogen so sullen sy es fruntlich entscheiden vnd ab sey nicht . . mochten fruntlich entscheiden das nicht en sey denn sal ichtlich teil czwey berichts lewte kyszen dey von dem vorgenanten czwyfel czuirkennen vnd czwenden sullen macht haben nach dem luthe vnd schikunge des briffes des ebenbenumpten irluchten fursten Herrn Allexandri andirs wytawdi, grosfursten zu Litten vnd ab die egedochten vier also als vorgesprochen ist erwelt und genümpt in eyn orteil nicht werten obireyntragen denn sal man dey sache beschrebin vnd mit den Ingesegeln aller berichts lewthen vorsegeldt, mit czwen, eynen von vnserm teile, den andern vom vorgedachten Herrn homeisters und seines ordens irweld . sullen senden, czu dem irluchten vnd claren fursten hern Frederich hern Marggrafen czu brandenburg der durch vns vnd den egedochten meister vnd synen orden mit eyntrechtiger volbort in eynen obirmann ist erweld ab her mag funden werden in der marke, is ab er wurde verre seyn dey vorgesprochen alle berichts lewthe den selbigen czubetende Adir eynen andirn mit eyntrechtiger stymme werden haben vnd haben macht czu irwelende vnd demselben das gelegenisze der sachen als obengeschreben ist sullen senden, vnd der noch deme als her hat gesehen vnd gehort denselben czweyfel so hat her synen vndirwysunge inschriften vorsegeldt gebin vnd senden nach welcher vndirwysunge, den vorhergesprochen czweyfel sullen entschichten dey berichtes lewthe obewennyk geschrebin und sullen vssprechen yn orteil, vnd das czu halden vnd czu luthbaren werden sey habin und haben macht . . . . dey teil nach dem anlass derselbin.

Item den fleis den der meister getan hat vnd der orden ..... anhengende der ingesegel czu den sunderlichen brifen czu besteitgynne dey brife des ...... der allererwirdigsten veter Herrn erczbisschof der heiligen kirchen czu Rige vnd des bisschofs czu ...... wir wollen haben und haben vor eyn getan ding .... den im hauptbrife obir den ewigen frede durch den meister und den orden, vns namen gegeben weren vnd geschriben vnd der egedachten herrn erczbisschofs vnd bisschofs vnd ab vor derselben ingesegel anhengungen etzliche pressel ledigk weren. Is das dey selbigen namen sint usgedruckt vnd dey selbigen pressel ledigk seyn so sal der meister und der orden dorczu thun wyrtlich mit der tat dey anhengunge der egedochten ingesegel an den vorgedachten briff is aber das dey namen vnd dey pressel nicht gefunden werden so sal man seyn vorbunden dem meister und dem orden dey brife der vorgedachten vorbyndunge widirczugebin.

Item das ingesegil des erwirdigen in gote vaters ..... bischof czu leslau durch den selben ader der uf dey cziet wirt bischof seyn im virczenden tage noch ostern .... czukonftik czu thorun von vnsirm geloubede sal werden angehangen an den briff des ewigen fredes wirklichin in der tat, Aller der dingk czu eyme gedechtnisse so habe wir se lassen schriben vnd zeichen mit vnserm ingesegel vnd des vorgedachten unsers bruders des grosfursten hir vnder gedruckt in kegenwertikeit der grosmechtigen Sandziwogio von Ostroroz czu poznaw Johanne benummet Jawund Troczeñ . woywoden hostico Wilneñ . vinczentio Schamatuli Medznecen., Smigallo Trocen. Castellan . kiejzało Capitan . samagittarum. Rumboldo Marschalko litwanie, Et Jacobo de Kobylami marschalko des hoffes des vorgedochten herrn grosfürsten vnd vil andern getruwirdigen, Gegeben in Grodno am Montage nach sunte lucien tage der Juncfrawen vnd ersamen Merterynne im Jar des Herrn Tusunt virhundirt vnd im fünfvndczwenczigsten. —

III.

Annus 1425.

Conventio inter regem Poloniae et magnum ducem Witowdum ex una, et Ordinem ex altera parte in negotio regulandarum finium.

Rok 1425.

Ugoda między królem polskim i wielkim księciem litewskim Witołdem, z jednej a Zakonem z drugiéj strony, wsprawie oznaczenia granic.

Nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie et cetera, significamus tenore presencium Quibus expedit uniuersis Quod die et loco subscriptis simul cum Illustri et preclaro principi domino Alexandro alias Witoudo Magno Duce Lithuanie ffratre nostro carissimo ex una Et Magnifico et Religioso domino Pawlo de Russdorff Ordinis beate Marie domus Theutonicorum Irosolimitani Magistro generali partibus ex altera, Conuenientes de et super articulorum Infrascriptorum discensionibus talem fecimus ordinacionem et declaracionem ut Infra sequitur. Primus articulus talis est, quod nos rex predictus absoluimus Magistrum et Ordinem prefatos ab impeticione limitationis granicierum inter Nouam Marchiam et terras Polonie Et faciemus eamdem cum serenissimo principe domino domino Sigismundo Romanorum Hungarie et Bohemie Rege et cetera uel eius successoribus loco et tempore se offendentibus et in casu in quo prefatum dominum Regem Romanorum, Hungarie, Bohemie et cetera non facta nobiscum huiusmodi limitacionis decedere et ab humanis exire contingerit Et tunc successores Eciam si Magister et ordo prefatus decessum prefati Regis Romanorum Hungarie Bohemie et cetera successerint uel eam in obligacionem tenuerint prout et nunc de facto tenent et possident huiusmodi limites inter terras nostras Polonie et Nouam Marchiam distingwere limitationem et firmacionem nobiscum uel cum successoribus nostris aut nostris aus successorum nuncciis ad hoc deputandis seu mittendis tenebuntur. Secundus articulus est quod nos Rex debemus mittere certosque mittemus nostros consiliarios, qui cum consiliariis prefati Magnifici Domini Magistri et Ordinis mittendis tercia Dominica post festum Pasche proxime uenture prope Jesniecz conuenientes habebunt commodam po-

40*

testatem limitandi, distingwendi et firmandi granicies inter terras nostras luyanie videlicet et Polonie parte ex una et terras Culmenses videlicet et Pomeranie parte ex altera iuxta tenorem et continenciam litterarum originalium super hoc confectarum una videlicet quam habet prefatus Magister et Ordo Regis Casimiri et alia domini Heynrici Tusemer olim Magister generalis quam nos habemus pro tunc ex utraque parte producendarum. Item nos Rex prefatus mittemus similiter Consiliarios nostros octo diebus ante festum penthecostarum seu sex septimanis post festum Pasche proximum uenturum prope Dresszunm qui conuenientes cum Consiliariis prefati Domini Magistri et Ordinis tractabunt de limitacione granicierum super quibus ibidem inter partes utrasque est questio. Et si potuerit amicabiliter componetur. Sin autem quod absit amicabiliter componere nequiuerint, extunc eliget quelibet pars duos arbitros qui de huiusmodi dubietate cognoscendi et diffiniendi habebunt facultatem secundum tenorem et disposicionem littere prefati preclari principis domini Alexandri alias Wytowdi magni Ducis Lithuanie. Si vero predicti quattuor taliter ut prefertur ellecti et nominati in unam summam concordare non potuerunt, ex tunc conscriptis meritis cause et sigillis omnium arbitrorum sigillatis duobus inter se una ex parte nostra et alia ex parte prefati domini Magistri et sui ordinis ellectis mittent ad Illustrem et preclarum principem dominum Ffredericum dominum Marchionem Brandenburgensem qui per nos et prefatum Magistrum et Ordinem unanimo consensu in superarbritrum est ellectus Si in Marchia inueniri poterit, qui si remotus fuerit sepedicti omnes arbitri eumdem expectandi uel alium uoce concordie habebunt et habeant facultatem eligendi cui merita cause ut supra dictum est dirigent, qui uisa et audita huiusmodi dubietate informacionem suam in scriptis sigillatam dabit et mittet iuxta quam informacionem predictam dubietatem decident arbitri suprascripti et scient summam ad quam retinendam et emologandam habebunt et habeant partes compellendi potestatem iuxta arbitrum eorumdem. Item diligenciam quam prefatus Magister et Ordo in requirendo appensionem Sigillorum ad speciales litteras pro confirmacione litterarum super fidem pacis perpetue Reuerendissimorum principum dominorum Archiepiscopi sancte Ecclesie Rigensis et Episcopi Tarbatensis uolumus habere et habemus pro reali affectu nisi forte in littera capitali super pace perpetua per Magistrum et Ordinem nobis data nomina eorumdem dominorum Archiepiscopi et Episcopi forent descripta et pro sigillis eorumdem appendendis pressule uaccarent, que si nomina sunt expressa et huiusmodi uaccant pressule magister et Ordo tenentur efficaciter, realiter et cum affectu appensionem predictorum sigillorum ad litteram predictam. Quorum

nomina et pressule, si inuenta non fuerint, extunc tenebuntur Magistro et Ordini litteras restituere super obligacionem predictam. Item sigillum Reuerendi in Christo patris domini Johannis Episcopi Wladislauiensis Et per eumdem uel pro tunc existentem, Quarta decima die post festum Pasche proxime uenturum in Thorum ex promissione nostra debet appendi ad litteram perpetue pacis realiter et cum effectu. In quorum omnium memoriam premisse conscribi fecimus et consignari, sigillo nostro et prefati fratris nostri ducis Magni sub impremissis presentibus Magnificis Sandcziwogio de Ostrorog poznaniensis, Johanne dicto Jawnut Trocensis palatinis, hostico Vilnensis, Vincencio de Schamotuli Medzerecenin. Sungallo Troczensis Castellanis, kinsgello Capitaneo samogittarum Ruwboldo Marschalco Littuaniae et Jacobo de Kobylany Marschalco Curiae praefati domini ducis magni et aliis quam pluribus fide dignis. Datum in Grodno feria secunda proxima post festum sanctae Luciae virginis et matris gloriosae, Anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo quinto.

IV.

Annus 1426.

Rex Poloniae petit a commendatore Elbingensi, ut ad se Nieszoviam veniat ad tractanda negotia oportuna.

Rok 1426.

Król polski prosi komtura elbląskiego, aby do niego do Nieszawy przybył, dla traktowania spraw ważnych.

Honoradili et Religioso Commendatori Elbieñ. Compatri nostro grate nobis dilecto.

Wladislaus dei gratia Rex Polonie Lithwanieque Princeps Suppremus et heres Russie etc.

Honorabilis Compater noster grate nobis dilecte. Noueritis quia in vigilia philippi et Jacobi Beatorum apostolorum in Neschowa personaliter cum turia

nostra constituemur. Quocirca amiciciam vestram hortamur et petimus ex affectu. Quatenus ad nos venire ibidem velitis. Nam vobiscum habemus aliqua ardua et oportuna pertractare Ceterum prout alias Magistro generali Compatri nostro carissimo et vobis scriptis nostris pro medico intimauimus petentes ut ad curandum egritudinem magnifici Johannis de Tharnow palatini Cracouień. baronis nostri sincere dilecti per vos fuisset ordinatus. Et quia iam idem Magnificus Johannes Palatinus ad nos venit et vadit usque in Neschowam nobiscum. Ideo vos petimus vt eundem medicum vobiscum aducatis ut idem medicus in mense majo circa egritudinem suam aliquid salubri operetur, Datum in Dobrzin Quarta feria incrastino sancti Adalberti Anno etc. vicesimo sexto. —

Relatione venerabilis Wladislai de Oporovo
decretorum doct.

V.

Annus 1426.

Rex Poloniae mittit magistro generali epistolam regis Romanorum in causa regulandarum finium inter Poloniam et Novam Marchiam.

Rok 1426.

Król polski posela wielkiemu mistrzowi list króla rzymskiego w interessie uregulowania granic między Polską a Nową Marchią.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lithuanieque Princeps suppremus et heres Russie et cetera.

Venerabilis frater et Magnifice, Religiose amice noster charissime. Scribit nobis serenissimus Romanorum Rex et cet. frater et compater noster charissimus litteras suas in facto grenicierum inter Regnum nostrum Polonie et Nouam Marchiam erigendarum, quare copiam presentibus interclusam vobis dirigimus ut uisa eadem nobis aut Magnifico Sandziwogio de Ostrorog Capitaneo nostro

maioris Polonie generali quantocius rescribere et uestra super premissis remittere responsa uelitis, quando ad huiusmodi grenicierum limites descendere uelletis ut et nos prelatos et barones nostros cum nostre plenitudine potestatis ad distingwendum grenicies huiusmodi super termino deputato dirigeremus. Datum in Ilkus feria sexta proxima post Octauas Christi Corporis Anno domini Millesimo Quadringentesimo vicesimo sexto.

Venerabili et Magnifico Pawlo de Russdorf Ordinis domus Theutonicorum sancte Marie de Prussia Magistro generali amico nostro charissimo.

konigk czu polan. Gekomen czum Thorechtigenhoffe Am Mittwoche nach Barnabe apostoli Im XXVI Jore.

Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie, Bohemie et cet. Reuerendissimo serenissimo principi domino Wladislao Regi Polonie ffratri et compatri nostro charissimo salutem et ffraterne dileccionis continuum incrementum. Serenissime princeps ffrater et compater charissime. Audita et intellecta intencione uestre fraternitatis in facto grenicierum et metarum inter Regnum Polonie et Nouam Marchiam erigendarum pro quibus pendet questio quod ad festum sancti Johannis baptiste uenturum proxime uellemus nostros nunccios destinare. Scire placeat quod iura et munimenta pro cognoscendis et distinguendis predictis greniciebus et metis opportuna Venerabili Pawlo Magistro generali Ordinis domus de Prussia direximus et iam ipsis mandatum plenum dirigimus et de nouo scribimus ut nobiscum seu cum uestris quos ad hoc peragendum deputaueritis, conueniant et predictas grenicies iuxta tenores litterarum et probaciones testium fidedignorum termineut et distingwent modumque teneant quod utraque pars in sua iusticia non frustretur, et quod differenciarum materia si que suboriri ulterius posset penitus amputetur. Ideo fraternitatem uestram ex affectu requirimus hortamur, rogamus quatenus aduentum uestrum seu Nuncciorum quos pro expedicione dictarum grenicierum dirigendum decreueritis uelitis prefatis Magistro generali et suis preceptoribus intimare in tempore ut et ipsi possent pro ea re cum uestris tempore et loco opportunis conuenire datum in Tata XXIIII die mensis Maii Regnorum nostrorum Anno Hungarie XL, Romanorum XVI et Bohemie sexto.

VI.

Annus 1426.

Rex Poloniae rogatus a magno duce Witowdo promittit ordini molendinum Lubitz, ea conditione, ne ordo illud muniat.

Rok 1426.

Król polski na prozby wielkiego księcia Witołda obiecuje zakonowi młyn Lubitz, pod kondycyą, aby go zakon nie obwarował.

Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, lancicie, Cuyauie princeps supremus littuanie dominus pomeranie et heres Russie significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis, Quomodo preclari et Incliti fratris nostri carissimi domini Alexandri alias Wytawdi Magni Ducis littuanie precibus et instanciis sollicitati et permoti, cuius uotis libenter annuimus quocienscunque mutue dileccionis inter nos affectus in mentis archano reuoluimus et feruente caritate erga nos amplexus contemplamur, Molendinum in fluuio Drawancza lubitz nunccupatum quod ad nos ex ui cuiusdam Sentencie Serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum et Hungarie, Bohemie, Dalmacie Regis fratris nostri carissimi et contractus pacis perpetue inter nos Regnum nostrum et terras prussie initi et seruati et quorumdam aliorum iurum et pactorum uirtute pertinebat, damus sibi et largimur omnimodam et integram potestatem Magnifico Paulo de Russdorff Magistro generali Ordinis Cruciferorum et ipsis Ordini Cruciferorum de prussia perpetuo assignandi et tradendi. Ita tamen quod dictum Molendinum numquam in aliquod fortalicium propugnaculum uel muncipium erigetur, sed illud iugitur et inewum cum rotis pendentibus ad usum duntaxat molendi et in edificiis ligneis et non in alcjs semper remanebit, harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum et datum lancicie feria quinta infra octauas penthecostes. Anno domini Millesimo quadringentesimo uigesimo sexto, principibus, Baronibus, prelatis, proceribus, terrigenis et Nobilibus Regni nostri Polonie et aliis nostris fidelibus presentibus

dominus Rex
per se.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie et cet Significamus et cet quod preclari et incliti principis domini Alexandri et cet fratris nostri carissimi precibus et instanciis sollicitati et permoti cuius uotis semper et libenter annuere consueuimus quocienscunque mutue dileccionis inter nos affectum in archano cordis nostri recolimus, damus et largimur omnimodam et integram potestatem. Venerabili et religioso domino Pawlo de Russdorff Magistro generali ordinis Cruciferorum et ipsius dominico Ordini de Prussia Molendinum in fluuio Dreuenza lubitz nunccupatum quondam per sentenciam serenissimi principis domini Sigismundi Romanor. et cet. Regis fratris nostri carissimi demolitum et destructum uiceuersa in eodem loco edificandi et faciendi, habendique tenendi utifruendi et cum omni iure et dominio possidendi perpetuis temporibus et inewum prout et prius hocipsum habuerunt et tenuerunt. Actum et datum et cet.

Herzoge Wytawdt

desse briffe brachte fochs am dornstage uor uiti et modesti. Im XXVI Jore.

VII.

Annus 1426.

Rex Poloniae rogat Commendatorem Elbingensem, ut ad proximam conventionem Thorunii medicus oculista cum commendatore veniat.

Rok 1426.

Król polski prosi komtura elbląskiego, aby na najbliższy zjazd w Toruniu zjechał także z nim lekarz okulista.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Venerabilis et Religiose Compater et Amice noster dilecte Ex littera tua intelleximus, quod ad uota nostra celsitudinem nostram personaliter proposuisti uisitare et die dominico proximo in Thorun constitui decreuisti de quo grati multum sumus et contenti Nosque fauente domino feria quarta proxima in Nyeschowa constituemur feliciter et aliquot diebus ibidem

stabimus. Insuper Venerabilitatem tuam requirimus ex affectu quatenus si medicus oculista pro quo pridem Magnifico Paulo Magistro Prussie generali Compatri nostro et amico scripsimus nondum uenit in Thorun, ex tunc in obuium sibi nunccium celeriter uelit destinare, quod tempore Maii adhuc aliquam operam circa curam Palatini nostri Craconie posset adhibere, qui Palatinus in Nyeschoua pridem Medicum iam expectat. Datum in Bobrowniki Sabbato post Marci Euangeliste Anno et cet. XXVI.

Dominus Rex
per se

Venerabili et Religioso Heinrico Commendatori Elbingensi et amico nostro dilecto.

VIII.

Annus 1422.

Rex Poloniae notum facit militibus Prussiae, se ab ordine falso accusari, tamquam contemnat pacem cum ordine concludendam.

Rok 1422.

Oswiadczenie króla polskiego do wojska w Prusiech, iż go zakon fałszywie obwinia, jakoby pokoj z nim (zakonem) odrzucał

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russije et cet.

Uniuersis et singulis militibus, Nobilibus, Clientibus et uasallis per terras, dominia et districtus prussie ubilibet constitutis Amicis et beniuolis grate dilectis, Graciam Regiam et omnis boni firmitatem, strenui nobiles ac Conspicui amici et beniuoli grate dilecti, Ne sinistre incusacionis odiosa et hostilis fama de nobis et fratre nostro carissimo Magno duce littuanie inducta in uestri presencia locum uendicaret, proeuidentissima inocencie nostre claritate uobis et uestrum cuilibet

duximus propalandum. Quomodo nos unacum fratre nostro predicto in animis reuoluentes quot et quanta mala ex preteritorum bellorum fremitibus et gwerrarum disturbiis hincinde inter nos et Ordinem Cruciferorum durantibus secuta fuere, ampliores cedes et preteritorum occasiones euitare quantumcunque potuissemus, peroptantes ad mandata sanctissimi domini nostri pape Martini quinti uobis per uenerabilem Anthonium Zeno decretorum doctorem et sedis apostolice nuncium in plenitudine pietatis nunciata tamquam filii obediencie et cet pacis zelatores ulteriores treugas pacis cum parte aduersa Cruciferorum libenter facere uolebamus modo et forma talibus quem ad modum et anno preterito prefatum Sanctissimum dominum papam et Inclytum dominum Ffredericum Marchionem Brandemburgensem et ffratrem nostrum carissimum facte fuerant et firmate et ad hoc Ambaxiatores et Oratores nostros solempnes cum totali nostra facultate ad Conuencionem in Solecz Oppido proxime celebratam miseramus ut huiusmodi treugepacis ordinari potuisset. Sed Oratores partis aduerse Cruciferorum in similes faciendas treugaspacis nullatenus uolebant assentire ac quibusdam uotiuis Condicionibus quas in Inscripciones Contractuum includere uolebant se affirmandis treugispacis subtraxerunt et sic sine fine ab inuicem recesserunt. Cum enim tanta nostra equalitatis exhibicio prodesse non potuit nec eos ad seruandam nobiscum pacem inuitare iam quantumcunque inuiti successus nostros et euentus in munus omnipotentis domini committentes, iusticiam nostram oportebit quod defendamus uniuersitatem uestram petentes eidem assistere et adherere debere. Ceterum informati sumus qualiter Magister generalis Ordinis domus Theutonicorum de Prussya nunc in Conuencionibus et nunc in alijs locis nos non cessat infamare, affirmando quod nos ab obediencia Ecclesie Romane et uniuersalis recessissemus et hereticis adhesissemus hijs et alijs sinistris suggestionibus uos adversum nos Concitando, non enim sapientis esse censemus ea que numquam probari possunt de parte aduersa predicare debere et affirmare cum talia in fine nonnisi pudorem et confusionem reportare uidentur. Quare eandem uniuersitatem uestram desideriosis requirimus affectibus et hortamur persyncere quatenus accusacionibus talibus si per quempiam in uestri deduceretur presencia fidem dare non uelitis, sed eas tamquam iniustas et iniquas ab auditu propellentes ut ueuenum studeatis deuitare. Datum in Gnezna proxima dominica post Corporis Christi Anno et cet uigesimo secundo.

Ad mandatum domini Regis Johannes decanus Cracouiensis Regni polonie uicecancellarius.

IX.

Annus 1426.

Commendator Elbingensis certiorem facit magistrum generalem de conventione cum rege Poloniae Zlotoriae habita

---

Rok 1426.

Komtur elbląski uwiadomia wielkiego mistrza o zjeździe z królem polskim który w Złotoryi miał miejsce.

Unnserrnn gar willigenn unnderthenigen gehorsam czuuor. Erwirdiger gnediger lieber herr homeyster Euwer Erwirdickeyt geruche zu wissen das wir mitt sampt dem Compthur zu Thorun und voithe zur leyppaw In gebunge dieses brieffes wol umb die dritte stunde des tages noch mittags dem herren konige von polan entgegen cziende qwomen ken der Slotterie. In noch Ewer Gnoden vorschribunge und vorheysunge gutticlich noch koniglicher entphangen uffnomen und entpfyngen und Ewer Gnoden dirbitunge des ganczen ordens Als sich das gebort czu koniglicher krone mit worten beleitet und geflegen haben noch allem unsserm bestem vormogen. In dem wir dem herren konige grossen willen und behegelichkeyt beweiseten das wir wol dirkanten. Des so woren die Burger uffs Thorun och doselbst In suberlich entphyngen des gelichen als da ist eyn zethe. Denne s do nam der herre konig uns mit dem Compthur czu Thorun beyde In sein schiff do er selben Inne fluer. In deme wir mit seynem genaden uns ober Wasser fertigeten bis czu seyner Newenstadt Dybow do wir In dem selbigen obent lossen und von Im schyden weder bis ken Thorun. An dem herren konige uff die zit sagen grosse krankheyt und schwacheyt der beyne das man In och us dem schiff tragen musthe von andern den synen syne Swachheit ouch wol vornommen die syne gnod bynnen kortzen cziten sere hat geschwechet. Och Erwirdiger gnediger lieber herr homeyster. So senden wir Euch diesen Ingeslosenen des herren koniges brieff uns gekommen uff dem hynczuge ken Thorun mitt fleissiger begerunge bittet der herr herr konig umb meyster Heinrich den augen artzt, das Ewer Erwirdickeyt seynen gnoden wollde schicken Jo e Jo besser und unuorczogen dem wir uch geschrieben

haben czu kommen dar an Ewer Erwirdickeyt Im gancz grosslichen thete czu dancken. Ouch Erwirdiger gnediger lieber herr homeyster geruchet zu wissen das der herre konig et cet eyne froge an uns thet uon der gabe hertzogs Wytowd et cet. Ap wir die uch uffgenommen betten uon seyner Irlauchtigkeyt oder nicht. Des so gobe wir syner grosmechtigkeyt eyn antwort In den worten: Worum sulde wir hertzogenn Wytowd et cet gabe nicht guttiecklich uffnemen wenn wir ganntz wol wissen dass es weder Ewer Grossmechtigckeit nicht ist. Ouch Erlauchtester furste et cet. Begabete uns Ewer konigliche Gnade wo methe wie mochte wir uns der gaben mitt semlicher entslangen entslaen et cet und des gelichen. Erwirdiger gnediger lieber herr homeister. Ewer Erwirdige gnode besorge sich nicht das wir uns ettwas czu tiff dorin geben dem herren konige doruff zu antwortden sunder was wir mit worten uff seyne froge thun. Wir hoffen das so czu beleiten das uns keyn hyndernyss ader schade douon entsche. Ouch Erwirdiger gnediger lieber herr homeyster noch willen und behogelicher begerunge des herren koniges so musste wir Im gelouben und uoruolbortten den sunnabent und ouch den suntag noch gebunge des brieffes melczit mit synen Gnoden czu holden. Dirfaren wir ettwas bynnen der czit, das wellen wir Ewer Erwirdigkeyt entpiten unuorczogen. Datum am Dornstage uor Crucis Im XXVI^to^ Jore.

Kompthur czum Elbinge.

Dem Erwirdigen homeyster mit aller Erwirdigkeyt tag und nacht ane alles sumen sunderlich grosse macht dor ane leyt.

X.

Annus 1426.

Responsum regis Poloniae ad varios articulos, ab ordine illi missos.

Rok 1426.

Odpowiedź króla polskiego na rozmaite artykuły, przysłane mu od zakonu.

Nach der beuehlunge des Homeyster seyner Gebietiger und des Ordens uon dem konige uon polan und hertczog Witaud et cet.

Czum ersten is das gewerp sunderlichen gescheen an hertzog Witaud et cet. also uon danksagunge wegen der uorsegelunge der Maiestaet obir die mole lubich, den dang nam syne genoden gutlichen und genediglichen uff.

Item wart ym uerzeld dy tedynghe der grenzen Jesnicz une des huses Drysen, die er uch genediglichen uorhorte und war sien gutduncken und raat das man die egenanthen teydunge dem konige uon polan uorczelthe, wen der konig uil lichthe uon den synen andern machthahan uornomen.

Item wart ym gesaid unnsers homeisters gutterwillen uon der entscheidunge der grenczen uon der Jura bis an die Memel dacz war ym wol zu danke.

Item die scheluughe des andern tels der grencz vil he sellben beseen und synen willen do uon schreiben dem Hochmeister.

Item uon dem mortborn gab entwort der konig:

Item also ym wart uorgegeben die clage der polan et cet. wie sie bedasten den homeister un synen orden das sie faste gebrechen an dem frede und ir bothen unsern homeyster czu sienem erkenntnisse ap he in keinen artikeln gebreche, he wellde uffuehmen siene unnderweysunghe dorane stundhe genungszam.

Entwort des
koniges uon polan.

Item uff den dang der Maiestad obir die mole lobich entwerte syne genoden, danket das unserm lieben bruedere.

Item uff das gewerp uon dem mortburn czuentworten bittet he unsern homeister das er yn nicht mee uon ym hechche.

Item uff die uorczelunghe der teydynge der grenczen beyde czu Jesuicz und

drysen stund he uns zu der vorczelunghe, wie sich die teydinghe hetten irlofen czu drysen wenth do was gegenwertig sien doctor der bey den teydinghe was gewesen, syne entwert. He beuel uns zu bitten unssern hoemeister das er umb eynes ewigen fredens willen die grencze des huses gütter drysen und czuchchen der kron zu polan liesse sin die neczcze und was in diesen sachen sienes willens wer, das he ym deen uff die nechsten weynachten schrebe kegen Tracky, von dannen wollde he ym widder schreiben semen willen ap he die schelunghe diesses grencz wellde geen zu den uiren adder zu dem obermanen. Item wenth uff den egenanthen tag wurde he do syen mit synen rethen des ryches czu polan.

Entwert des herren koniges von polan und hertzog witaud . das brochte der pfarrer uon Im XXVIten Jore nicht weite uon Weynnachten.

Caput XV.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de Anno 1428 ad annum 1430.

Rozdział XV.

Akta dyplomatyczne za panowania Władysława Jagiełły, od roku 1428 do roku 1430.

I.

Annus 1428.

Rex Poloniae constituit Sandivogium de Ostrorog palatinum Posnaniensem, negotiorum gestorem, ad tractandas res cum ordine.

Rok 1428.

Król polski ustanawia Sędziwoja Ostroroga, wojewodę poznańskiego, swoim pełnomocnikiem do traktowania z zakonem.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie lithuanieque princeps supremus et heres Russie et cet. significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis, quomodo

constituimus, fecimus et ordinauimus, facimus et ordinamus nostro et polonie Corone nostre nominibus uerum legittimum et indubitatum procuratorem, actorem, factorem et negociorum gestorem et nunccium specialem Magnificum Sandiwogium de Ostrorog Palatinum Poznauiensem et Capitaneum Brestensem. In causa quam habemus et mouere intendimus Magnifico et Religioso uiro Pawlo de Russdorff Ordinis beate Marie uirginis domus theutonicorum de Prussia Magistro generali et suo ordini coram strenuis et nobilibus Martino de Slawsko Castellano kalisiense, Petro Corzborg succamerario poznaniensi, Siffrido de Stiglicz in Byerz, Burcardo de Guntensperg in kalisz heredibus tamquam arbitris de et super omnibus et singulis super quibus in eos Compromisimus cum prefato domino Magistro et ordine iuxta Continenciam littere et tenorem preclari principis domini Alexandri alias Wytawdi Magni ducis littuanie fratris nostri charissimi sub sigillo pendente sub dato in Weluna decima octaua die mensis Maii Anni domini Millesimi quadringentesimi uigesimi tercij et aliarum cedularum hincinde indentatarum seu excisarum. Sigillis nostro et prefatorum dominorum Magni ducis et Magistri sigillatis sub dato in Grodno feria secunda proxima post festum sancte lucie uirginis et martyris gloriose Anni domini Millesimi Quadringentesimi uicesimi quinti. Damus quoque et concedimus prefato Sandiwogio procuratori nostro plenam et omnimodam potestatem agendi, defendendi replicandi conclusionem et sentenciam ferri petendi et alia circa premissa opportuna faciendi et Compromittimus habere tenere seruare ratum gratum et firmum quidquid per predictum procuratorem nostrum Actum factum siue ordinatum fuerit in premissis et quolibet premissorum. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Wylna feria quinta ipsa die Circumcisionis domini Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo uicesimo octauo.

II.

Annus 1428.

Declaratio delegatorum regis Poloniae et ordinis de nonnullis articulis, Vilnae tractatis.

Rok 1428.

Deklaracya pełnomocników króla polskiego i zakonu względem niektórych punktów o które w Wilnie rokowano.

In nomine domini Amen, Anno natiuitatis eiusdem Millesimo quadringentesimo uigesimo octauo. In diccione sexta pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Martini diuina prouidencia pape quinti Anno eius undecimo Mensis Februarii die vigesimo tercio hora uesperarum uel quasi in stuba siue estuario domus habitacionis honorabilis uiri domini plebani in Szamothuli poznaniensis dioceseos in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presencia personaliter constituti Strenuus uir dominus Sandziwogius de Ostrorog Palatinus Poznaniensis procurator serenissimi principis et domini domini Wladislai Regis Polonie ut de ipsius pleno mandato parte ex una et Egregius uir decretorum doctor dominus Andreas phaffendorp plebanus in Thorun frater ordinis domus theutonice beate Marie uirginis Jerosolimitani Necnon procurator Magnifici et religiosi uiri domini domini Pawli de Russdorff Magistri generalis dicti Ordinis et sui Ordinis parte ex altera prout de ipsorum mandatis ex utraque parte arbitris oblatis michi notario plenius constabat. Quibus sic Constitutis die hora et loco premissis dominus procurator dicti domini Regis Polonie quandam cedulam papiream in manu sua tenens asserens eamdem in se continere peticionem coram arbitris electis et factam in Wilna articulatim in latino concsriptam et quedam alia munimenta sigillata coram strenuis et nobilibus uiris domino Martino de Slawska Castellano de Calis, Petro Cordebuck Succamerario Poznaniensi militibus necnon Siffrido de Steghelicz in Ruez et Borghardo de Guntersperch in Callis heredibus ac arbitris predictas partes electis obtulit et in iudicium ac iudicialiter presentauit. Ex aduerso die, hora et alijs quibus supra dominus doctor procurator dicti domini Magistri et sui ordinis quasdam respon-

siones in theutonico conscriptas cum quadam littera in pergameno conscripta et sigillata coram eisdem obtulit narrans cum hoc quod essent eedem responsiones quas prius in Wilna coram predictis arbitris in iudicium perduxerant. Sicud tunc ibidem decretum fuerat quod proposiciones et responsiones ibi propositas superductas hic denuo et sub eadem forma producere et offerre deberent, protestans quod per hoc satisfaceret termino. Istis sic oblatis dominus procurator domini regis petiuit requisiciones partis aduerse per ipsam partem in latinum transferre et tunc in iudicium presentare prout in peticio domini sui in latino conscripta et oblata est. Ex aduerso dominus procurator domini Magistri et Ordinis sui ad hoc respondendo dixit quod easdem ibi obtulit prout ipsas in Wilna prius obtulerat et decretum fuerat. Et sic hic et inde multis ac diuersis altercationibus habitis dictus dominus procurator domini Magistri petiuit proposiciones et responsiones ex utraque parte per iudices examinare et interloquendo pronuncciare si ita contra et sub ea forma sicud in Wilna proposuerat ipse extunc suas responsiones secundum decretum iudicum de theutonico in latinum transferre uellet et iudicialiter offerre. Super quo dicti Arbitri electi spacium sibi interloquendo usque in consequentem diem postulabant et decernebant. Adueniente itaque termino deputato uidelicet vigesimo quarto die predicti mensis ac dictis arbitris ac partibus hora terciarum uel quasi in dicto loco iudicialiter Conuenientibus et pro tribunali residentibus dicti Arbitri discorditer interloquendo pronuncciabant duo uidelicet Martinus et Petrus quod non recordarentur nec uellent memorari an cedula papirea iudicialiter oblata prius in Wilna peticionem uerbotenus coram arbitris electis omnibus in forma contineret. Alii uero duo Arbitri electi uidelicet Siffridus et Borghardus pronuncciabant primam partem posicionum siue primum articulum esse uerum et ita in Wilna prius esse propositum et de alijs articulis in cedula papirea supradicta ablatis sibi non constare nec ipsas per modum querele ubi fore propositas. Ad quedam alii duo arbitri scilicet Martinus et Petrus dixerunt se nihil de istis scire quia obliuioni tradidissent. Et de responsionibus per dominum procuratorem domini Magistri pronuncciabant alii duo Arbitri scilicet Siffridus et Borghardus esse easdem et ueras que in Wilna uerbotenus et in forma fuerant proposite et oblate. Ad quedam alii duo ut apparuit Consencientes nichil contradicebant, protestatusque fuit procurator domini Magistri quod per oblacionem cedule termino satisfacerent prefixo. Postea partes hinc inde a iudicibus petierunt ut pronuncciarent an hic oblata uidelicet peticio et responsio essent in forma prout in Wilna uerbotenus fuerant coram arbitro proposita et expressa. Arbitris uero in eadem discordia manentibus per procuratorem domini

Regis quesitum fuit an procurátor domini Magistri supradicti ad cedulam in qua asseruit se peticionem factam in Wilna continere uellet respondere et ad quedam dominus procurator domini Magistri submisit se decreto iudicum si et in quantum arbitri unanimiter decernerent hanc cedulam in se peticionem in Wilna factam continere paratus esset nomine procuratorio domini Magistri et Ordinis respondere. Arbitris nihilominus in eadem discordia quasi in hora uesperarum manentibus procurator domini Regis dixit se ad satisfaciendo termino post litteras productas se uelle producere uiuos testes ad quod procurator domini Magistri dixit ad hoc, terminum fore, non esse constitum quare merito testes a parte producendos non esse admittendos. Submittens se sentenciam arbitrorum. Arbitri uero hinc inde multis altercacionibus habitis duo pronuncciabant uidelicet Siffridus et Borghardus quod non esset licitum ante concordiam querele et responsionibus admittere testes. Submiserunt quoque se in hoc puncto uelle stare superarbitri cognicioni a partibus electi et nominati. Quo non obstante procurator domini Regis sine consensu et uoluntate arbitrorum obtulit certas personas quas pro testibus producere uoluit. Arbitris duobus uidelicet Siffrido et Borghardo manifeste eis surgentibus et contradicentibus eas non uelle uidere iurare neque deponere, maxime propter causam predictam quia terminus ad hec non est constitutus nec testes essent citati nec uocati. Alii uero duo post altricaciones iudicum hinc inde habitis dicebant neque iubere neque pronuncciare an proposiciones et responsiones hic oblate essent in ea forma sicud in Wilna coram ipsis arbitris prius fuerant producte prout eciam ex utraque parte sepius petitum fuerat et specialiter ad illos duos sciliet Martinum et Petrum dixit nos nichil pronunciatis in Wilna secundum, Alii uero duo dicunt primum articulum hic oblatum ibi esse productum et propositum ad quod dicti Martinus et Petrus responderunt quod ille peticiones in cedula papirea supradicta contente et hic oblate essent eedem que prius in Wilna uerbotenus essent proposite et expresse quamuis tamen prius ut supra narratum, dicti duo arbitri dixerunt se de hijs nichil memorari. Ad quod dominus procurator domini Magistri et Ordinis respondit quod huiusmodi pronuncciacioni consentire uellet si et in quantum concorditer per omnes quattuor arbitros electos sentencialiter sibi fuerit decretum. Ad quod iterum alii duo uidelicet Siffridus et Borghardus contradicendo responderunt quod nichil aliud in Wilna propositum fuisset nisi primus articulus in peticione procuratoris domini Regis positus prout supra per eosdem arbitros uidelicet Siffridum et Borghardum narratum existit: In ista discordia arbitris manentibus partes ac arbitri abierunt et nichil ultra determinauerunt. Super quibus omnibus et singulis dominus

doctor procurator domini Magistri et ordinis predicti requisiuit me notarium publicum ut sibi unum uel plura conficerem instrumentum seu instrumenta. Ideoque hoc presens confeci Instrumentum. Acta sunt hec anno Indiccione pontificatu mense die hora et loco quibus supra presentibus nobilibus uiris Bernardo Bruter fratre ordinis sancti Johannis Eggardo de Guntersperch, Cunrado Strutz, Janekyno Preconsule in Arnswold, paschedaghe preconsule in Candesberch et dictis dominis et arbitris et procuratoribus supradictis et quam multis alijs personis fide dignis testibus ad premissa uocatis specialiter et rogatis.

Et Ego Joahnnes Ficke clericus Caminensis dioceseos publicus imperiali autoritate notarius quia omnibus et singulis dum sic ut premittitur fierent et agerentur una cum pronuncciatis testibus presens interfui eaque sic fieri uidi et audiui propria manu conscripsi et in hanc publicam formam redegi quam signo et nomine meo solito et consueto signaui in fidem et testimonium omnium premissorum rogatus et requisitus.

III.

Annus 1428.

Rex Poloniae negotium regulandarum finium inter terras ordinis ad Driesen et Poloniam committit quatuor judicibus compromissoriis, electis ex ordine equestri.

Rok 1428.

Król polski powierza regulowanie granic między Krajami zakonu pod Drezdenkiem a Polską czterem sędziom polubownym, wybranym ze stanu rycerskiego.

Nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps suppremus et heres Russie et cetera . significamus tenore presencium quibus expedit uniuersis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris quod de no-

stra certa sciencia Compromittimus per presentes In strenuos et Nobiles Martinum de Slawsko Castellanum kalisiensem, Petrum Curdebug subcammerarium poznaniensem, Sigfridum de stegelicz in Ryez et Buccardum de Guntersberg in kalisiensi heredes de alto et basso de et super limitacione grenicierum prope Dressno super quibus inter nos ab una et Magnificum dominum Pawlum de Russdorff Ordinis beate Marie virginis domus theutonicorum de Prussia Magistrum generalem et suum Ordinem partibus ex altera questio est suborta. Stabimusque obediemus et parebimus cognicioni, discussioni et determinacioni prefatorum Martini, Petri, sifridi, et Buccardi tamquam arbitrorum super probacione pociorum, iurum, limitum predictorum iuxta tenorem et continenciam littere sub sigillo preclari principis domini Alexandri alias Witoudi Magni Ducis Lithuanie ffratris nostri charissimi pendenti sub data in Welunia decima octaua die mensis Maii Anni domini Millesimi Quadringentesimi vicesimi tercii et aliarum cedularum hincinde indentarum seu excisarum sigillis nostro et prefatorum dominorum Magni Ducis et Magistri quantum ad istum sigillatis, sub dato in Grodno feria secunda proxima post festum sancte Lucie uirginis et martyris gloriose. Anni Domini Millesimi Quadringentesimi vicesimi quarti, promittimus insuper ratam gratam atque firmam habere tenere et seruare cognicionem, discussionem et determinacionem, seu quidquid per prefatos Arbitros pronunciatum sentenciatumue fuerit in premissis et qualibet premissorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Trocki feria quarta in uigilia Circumcisionis domini. Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo vicesimo octauo.

Copia Compromissi Regii.

IV.

Annus 1429.

Rex Poloniae gratulatur commendatori thoruniensi de adepto munere.

Rok 1429.

Król polski winszuje Komturowi toruńskiego nowego urzędu.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie et cet.

Venerabilis et Religiose amice noster dilecte. Honorabilium Relacione uirorum Commendatoris Balgensis et Aduocati de Rastemburg intelleximus quod Magnificus dominus Paulus Compater et amicus noster Magister prussye generalis ad uota nostra et Magnifici ac Incliti principis domini Alexandri alias Witowdi Magni Ducis lithuanie fratris nostri carissimi uos et statum uestrum exaltauit, de quo multum contenti sumus et multum nobis cedit ad placitum, quam promocionem status uestri singulari affectu optauimus presertim ideo quod dominus Marschalcus fuistis Ordinis beniuolum super se erga nos et nostros subditos exhibere uoluistis. Nunc igitur nos requirimus ex affectu quatenus illam contumantes beneuolenciam cum nostris subditis ita uiuatis concorditer quod apud Celsitudinem nostram meriamini commendari. Nos itaque Capitaneis nostris et alijs subditis scribimus quatenus a displicenciis uobis forte inferendis et subditis tenute uestre prorsus abstineatur . et omnem uobis faciant uicissitudinariam equitatem. Datum in Lucko ipso die sancte prisce Anno domini Millesimo quadringentesimo uigesimo nono.

Ad Relacionem uenerabilis Wladislai decretorum doctoris perpetui Sct. plr. Regni Polonie vicecancellarii.

V.

Annus 1429.

Sigismundus rex Romanorum invitat regem Poloniae, ut sese in bello contra Taboritas adjuvet.

Rok 1429.

Zygmunt król rzymski tłumaczy się królowi polskiemu ze swoich stósunków z Taborytami i prosi króla, aby go w wojnie przeciw nim wspierał.

Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie Croacie Rex Serenissimo principi domino Wladislao Regi Polonie fratri et Compatri nostro carissimo. Salutem et fraterni amoris continuum incrementum Serenissime princeps frater et Compater noster charissime heri de sero uenit famosus et fidelis familiaris noster Johannes Nespor afferens uestre fraternitatis credencialem litteram in cuius uim nobis exposuit quod pro mutua Conuencione nostra uestra fraternitas statuerit terminum infra festa beate Marie uirginis Assumpcionis et sancti Bartholomei Apostoli uel si id non posset fieri super festo sancti Martini proximo affuturo, in quorum termino uno qui nobis placuerit, parata sit uestra fraternitas uenire ad metas Regni nostri sic quod nos simus eciam in propinquo et quod Barones nostri conueniant ad tractandum ea que sopire possunt omnia inter nos differencias quolibet suscitancia petitis eciam uobis Barones nostros, quos mittemus sigillatim nominati et cet. Carissime frater quemadmodum semper feruidi fuimus ad nutriendum amorem inter nos dudum coalitum et Inscripciones ac federa inita manutenenda Ita et nunc ad ea adhelamus et talem Conencionem laudamus. Sed attentis tractatibus quos cum Thaboritis habemus prae manibus non possumus infra predicta festa sancte uirginis et sancti Bartholomei uobiscum quomodolibet conuenire, nam directe illo tempore hic ab ipsis Thaboritis rursum prestolamur finale, sic quod illud tempus primi termini se negocijs nostris non coaptat. Sed acceptauimus dictam super festo sancti Martini praelibato, sic quoque grato animo in locis que uobis prius nunccianimus constitui uolumus. Et si fortassis legittimis et racionabilibus caussis personaliter uenire non possemus, extunc disponemus maiores Regni nostri

prelatos et Barones illuc transmissuros qui tanta potencia et plenitudine mandati fulcientur ac si ibidem personaliter adessemus. Preterea carissime frater uenit ad nos nuper Clymko uestre fraternitatis Cubicularius et familiaris exponens nobis qualiter uestra fraternitas fuisset accusata. essetque uox et fama quod nos cum hereticis Bohemie essemus unanimes et Conaremur hostiliter uos et Regnum uestrum inuadere prout eciam uestra fraternitas fratri nostro carissimo domino duci Magno scripsit quod uos aut Marchiam aut Moldauiam intendemus inuadere. Sed ut illud pulchram concordiam et unionem nostram cum prefatis hereticis et qualiter hic Contractus cum eisdem successerint clarius cognoscatis. Scire uelit uestra fraternitas quod iidem Thaborite miserunt ad nos certos suos Capitaneos, Barones, Milites, presbyteros et Ciuitatum nunccios respondentes nobis super primis nostris requisicionibus Quod ipsi uellent uenire ad futurum concilium in proximo celebrandum et denique tempore medio abstinere ab offensis circumiacencium nacionum prout eidem uestre fraternitati pridem partim descripsisse recolimus. Que dum nobis grata essent ut effusio christiani sanguinis clades et cedes euitari possent. Incepimus cum eis concipere formam stacionis et treugarum huismodi ad que ipsi licet primo se reddebant difficiles tamen continuo in multis consenserunt sic quod de bona fine preoptata spes habebatur finalis tamen in tribus discordes remansimus. Primo enim nos uoluimus quod ab utraque parte cessarent omnes holde siue angarie pauperum ut saltim in huismodi treugis aliqualiter possent respirare. Secundum quod ipsi leuarent Campos suos de Castris quae in Bohemia obsederunt et tercio ut cum omnibus nostris et Imperii sacri et Regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie subditis nullo penitus dempto pacem tenerent. Qui difficultates obicientes dicebant, se non habere tam amplam et largam pietatem. Sed indixerunt iterum generalem Conuencionem in Ciuitate pragensi super festo Assumpcionis uirginis gloriose, ubi habito Consilio nobis prebere uolunt finale responsum. Et ut hec eo melius perfici possent conuenimus ad treugas breues uidelicet super festo sancti Laurencii in quibus responsum habere debemus a Procopio Capitaneo Thaboritarum an ipsi campos de Castris leuare uelint, quos si leuabunt, durabit ipsa treuga usque ad festum sancti Michaelis proxime affuturum. Si uero ante Castra fixi stabunt, cessabit illa breuis treuga et nichilominus illa generalis pragensis Conuencio progressum habebit, ad dandum Oratoribus nostris quos iterum illac transmisimus super differencijs prefatis finale responsum. Sed singulis consideratis uidetur nobis quod ipsi nullatenus inclinabuntur ad equa et honesta et plus presumitur de gwerra quam de pace et in illum finem iam gentes nostras

uocauimus que super festo sancti Michaelis proxime affuturi in Tirnauia debebunt esse indubie constitute. Accedit eciam quod Reuerendissimus dominus Cardinalis Anglie Apostolice sedis legatus nobis nuncciauit, qualiter se ipse accinctus ad iter ymo de Mandato domini nostri summi pontificis iam cum certis Anglicis et aliis certis stipendiariis procedat contra hereticos Bohemie et qualiter ipse conuocauit sacri Imperii Electores et alios principes qui secum anno preterito in reuersione sua quacunque ueniret transire nouerunt et manibus promiserunt ac Nobiles et Communitates pro auxilio sibi dando. Rogans nos ut una secum uelimus insurgere. Alii autem superuenientes dixerunt qualiter suus aduentus propter certum conflictum anglicorum sit impeditus . . . . . . tamen sit et remisimus strenuos milites nostros Hartungum de Clux et Janconem de Chotiemicz ad suscipiendum ipsum honorifice uenerit ad concludendum . . . . quid ulterius sit peragendum pensate nunc frater carissime an hec sint signa unionis quam cum hereticis Bohemie, emuli omnis boni contraxisse nos dicunt an hec sint indicia Conuencionis ubi ipsi heretici nos terras et subditos nostros cottidie ubi possunt, ledunt et offendunt per homicidia, predas et incendia Castrorum et locorum expugnaciones et alias quantum peius possunt, honestius igitur tales delaciones subticende fuissent quam de nobis per dei graciam nulla ueritate suffulta ad uestre fraternitatis noticiam et aliorum principum sic sinistre deducende. Insuper prefatus familiaris noster Nespor nobis retulit uestri partem qualiter uestre fraternitati de Danczk sit nuncciatum quod quidem in Anglia steterit presens et audiuerit legi litteram nostram carissimo fratri nostro Anglie Regi missam in qua dixisse debuimus nos prius fuisse paganum, nuncuero hereticum et cet. Nunquam frater carissime recolimus prefato Regi Anglie de nobis aliquod umquam uerbum in uita nostra descripsisse, sed sicut alia hincinde de nobis conflantur mendacia, ita et istud confictum consistit. Et dolemus frater carissime, quod uestra fraternitas talibus figmentis tam leuiter aures dat patulas ipsaque tam facili mente acceptat et nos hominem ita leuem et auidum reputat quod honorem nostrum, famam et conscienciam ita pro nichilo reputemus. Sed dignum esset et omnino Conueniens quocunque uestra fraternitas tali a fama uolante que deo dante in esse numquam reperientur, de nobis sentiret, quod extunc nobis ex debito ueri amoris nuncciaret et audiret innocenciam nostram. Sed non quod sic crederet uaniloquiis et ficticijs malignorum emulorum immo ex quo talia pura mendacia toti mundo notoria, sic sunt inventa prout solus sentitis. Jam deceret vestrae fraternitati contra tales manum apponere et sic corrigere, quod aliis similia mendacia confingentibus cederet ad exemplum. Sed quia fra-

ter carissime ut prius praediximus negotia cum hereticiis plus se ad gwerram quam pacem. Rogamus igitur vestram fraternitatem ex intimo cordis affectu, requirimus insuper et monemus ut eadem vestra fraternitas velit se optare, ut si opus fuerit nobis contra praefatos haereticos auxilium praebeat opportunum et speramus vestram fraternitatem hoc faciliter et sine magno onere efficere posse, cum tamen per totam quasi aestatem cum gentibus vestris parati fueritis. Nihilominus quidquid ab ipsis Thaboritis habuerimus pro responso aut quid cum ipso domino Cardinali Anglie concluserimus vobis curabimus quantociens intimare. Datum Posonii penultima die mensis Julii regnorum nostrorum Anno Hungarie et cet XXIII. romanorum XIX. et Bohemiae decimo. —

Ad mandatum domini Regis
Caspar Slingk.

Caput XVI.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de Anno 1430 ad annum 1432.

Rożdział XVI.

Akta dyplomatyczne za panowania Władysława Jagiełły, od roku 1430 do roku 1432.

I.

Annus 1430.

Rex Poloniae indicit diem et locum, quo commendatores Thoruniae et Swieciae secum conveniant.

Rok 1430.

Król polski oznacza dzień i miejsce, w którem Komturowie toruński i swiecki zjechac się z nim mogą.

Meynen gutwilligen unndirthenigen gehorsam yn und zw allenn gezeithen zuuor. Erwirdiger genedigir liebir her homeister Ich sende Ewern Genoden In

dissen brieff uerslossen des hern koniges brieff zu polen et cet. den Ewir Genoden leseude wol uernehmen wirt, czo uorsthe ich wol das wir noch Ewir Ewir Genoden befelunge ynu bis monthag ffrue mussen us ziehen uon thorun hir noch czu mag Ewir Genoden den Comthur uon Switez sich losen fertigen das her bis sunthag nehest czwkommende bey mir sey czu Thorun. Ouch czo habe ich uor Ewir Genaden geschrieben umb Ethwas zerunge unnd euch pferdte uszurichten uon etczlichen gebithgern uff den weg, czo bitthe ich noch Ewir Erwirdigkeyt genediger lieber her homeister das Ewir Genoden yemlichenn schrewe das dy pferdte yo ynu bis sunnabend ffrue seyn czu thorun An verzog. Gegeben czw Aldethorun dinsthag nach divisionem Apostolorum Im XXXten Jare.

Kumpthur
Czw Thorun.

Dem Erwirdigenn Homeister mit Allir Erwirdigkeyt thag und nacht an zumen wen grossze mach l hir an Gegeben czw Aldthorun Am Dinsthage noch Dimisionem Apostolorum uor mitthag hora IX.

Gekommen und gegangen uon papaw an dem selbigen thage hora III nach mitthags.

Gekommen und gegangen uon Grudinz am selbigen thage hora VIII noch mitthags.

Wladislaus dei gratia

Rex poloniae et cet. et cet.

Honorabilis et Religiose amice noster dilecte. — Hodie recepimus litteram venerabilis Pawli de Rusdorff Compatris et amici nostri dilecti, quomodo mittit ad nos honorabilitatem tuam et Commendatorem de Swyeze in quibusdam certis negotiis, petitque quatenus vobis certum locum et terminum veniendi dignaremur assignare, cujus petitionibus favorabiliter annuentes vobis locum in lancicia et terminum feria quarta post festum Sancti Jacobi praesentis assignamus, ubi nostram praesentiam teme porsonalem poterit is invenire. — Caeterum miramur unde nobis hoc quod Magister una vobiscum nihil concludere noluit cum baronibus nostris et praelatis quorum ibidem fuit non modica multitudo de provinciis pluribus et fere totius regni nostri terris congregata licet recolimus quod antea multum litteris et legationibus suis nos sollicitavit proconsumatur finali limitum

inter terras regni et vestras parte ex altera, quae res quare dilata est ignoramus. Datum in Conten dominico die ante festum Allexij Anno et cet. XXX.

Dominus Rex.
per Se.

Honorabili domino Ludovico Commendatori Thorunensi amico nostro dilecto.

II.

Annus 1430.

Rex Poloniae scribit magno duci Vitovdo, se quidem certiorem factum esse a magistro generali de conventione, componendis controversiis inter regem (Poloniae) et Vitowdum habenda praesente magistro generali; sed maluisse conventionem hanc cum solo Witoldo habere.

Rok 1430.

Król polski pisze do wielkiego księcia Witołda, że go mistrz wielki uwiadomił wprawdzie o zjeździe w celu załatwienia sporów między królem a Witołdem w przytomnosci mistrza wielkiego, lecz on (król) wolałby zjazd ten z samym tylko Witołdem odprawić.

Wladislaus Dei gratia
Rex poloniae et cet.

Magnifice ac Illustris princeps frater noster carissime. Venerunt ad nos pridie duo Commendatores videlicet dzirgoviensis et thorunensis missi per Magnificum Dominum pawlum Magistrum Prussiae generalem Compatrem et amicum nostrum carissimum qui retulerunt nobis ex parte sui quomodo ipse Magister de consensu u. f. quandam conuencionem praelatorum et baronum nostrorum concluserit cum praelatis et baronibus vestris in Neschova duabus septimanis post festum sancti Johannis baptistae proxime celebrandum. Ita quum consiliarii

nostri starent in Neschoua et uestri in Therun, uelletque idem magister huiusmodi Consencioni personaliter eciam cum suis consiliarijs interesse ad tractandum super differenciis inter nos suscitatis, Carissime frater maluissemus has differencias soli cum uestra fraternitate componere sicut soliti fuimus ab antiquo, sed ex quo fieri non potuit, annuimus et consensimus in conuencionem huiusmodi et e uestigio significauimus prelatis et baronibus nostris tam de terra Maioris poloniae quam eciam de terra Cracouiensi quod ad diem conclusum omnino ueniret Ceterum scripsit nobis uestra fraternitas quomodo quidem Jacubowsky equos et arma pro duce Sigismundo in Cracouiam comparasset etc. est vero frater carissime quod ita factum est, et nedum equos comparauit uerum eciam plures pixides et saluitum deduxit, sed testis est nobis altissimus quod sine scitu et uoluntate nostra haec acciderunt. Commisimus enim Capitaneo nostro Cracouiensi ut de huiusmodi negocijs plus solito uigilaret et quia idem Capitaneus pro quo petiuit uestra fraternitas coram uobis iurauit fideliter seruare in omnibus et de periculis quae imminere possent curam habere diligentem uelit igitur uestra fraternitas consulere, quid cum ipso facere pro huismodi negligencia debeamus. Noveritis eciam uestra fraternitas quomodo nobis existentibus In Junivladis. uenit ad nos domina ducissa olim Bolkonis Mazouiae cum filio suo quae litteras super certis terris et dominis coram nobis producere debuit, et tamen non produxit ex aliquibus causis que sibi racionaliter uidebantur, cui terminum assignauimus in lanciciam ad nos ueniendi cum eisdem et ad faciendum per filium suum homagium quod de iure facere obligatur. Insuper frater carissime dominus kazimirus dux Mazouie nepos noster apud uestram fraternitatem est, qui eciam omagium fidelitatis sicut ceteri fratres sui nobis facere debuit et hucusque non fecit. Petimus igitur uestram fraternitatem ex affectu quatenus ipsum adhortari uelitis quod ueniat et iuxta consuetudinem iuris faciat quae erunt facienda in termino praefato Bolkoni assignata propterea copias litterarum ducum Bernardi de Oppol et Albi uestrae fraternitati dirigimus presentibus inclusas ex quibus cognoscere poterit uestra fraternitas quomodo negocia in presenti se habent inter praefatos principes et Thaboritas. Mittimus eciam litteram Mikithe nobis scriptam per uestram fraternitatem uenientem, super qua qualiter eidem debeamus, dere nobis fraterne inscribatur. Porro pridem nobis uestra scripsit fraternitas quomodo non tractarent tutum transitum nuncii Serenissimi principis domini Romanorum et Hungariae Regis per dominia Regni nostri, de quo uti scribit uestra fraternitas praefatus dominus Romanorum Rex causatur frater carissime. Numquam hijs temporibus ad nostram peruenit noticiam quod alicui suorum Nunccio-

-rum aliquid fuisset illatum impedimentum seu molestia quisymo audiuimus quod continuo et quociens eis placet uadunt per Regnum nostrum et reuertantur. Datum in Gambicze feria quarta. In uigilia corporis Christi Anno et cet. XXX.

III.

Annus 1430.

Rex Poloniae agit gratias magistro generali, quod ille inimicitiam regis cum magno duce Witowdo componere velit.

Rok 1430.

Król polski dziękuje mistrzowi wielkiemu, za to iż chce króla z wielkim księciem Witołdem pojednać.

Wladislaus dei gratia Rex Poloniae lithwaniaeque princeps supremus et haeres Russiae et cet.

Magnifice et uenerabilis Compater noster charissime. Saepius scriptis et Nunciis uestris intimastis nobis quomodo uolentes parcere laboribus et expensis amiciciam et caritatem fraternam dudum inter vos ab una et praeclarum dominum M. dominum fratrem nostrum carissimum ab altera partibus contractam dispositi eratis et uolebatis comportare de quo v. v. referebamus et nunc referimus magnas grates de diligencia, quam apponere uoluistis in hoc facto. Sed tamen quamuis iam uosmet compater carissime propria in persona predictum fratrem nostrum dominum M. Dominum visitastis et Commendatores uestros iam bina uice ad eundem fratrem nostrum in hoc ipso negotio misistis cum Marschalco Ordinis uestri generalis tamen per eosdem ibi nichil existit attemptatum ut comperimus ex littera Commendatoris Thorunensis et eciam ex Conuencione illa quae celebrata est per sinceritatem uestram cum prelatis nostris et fratris nostri predicti in Thorun tempore nouiter preterito. Cuius tamen negocii occasionem sibi allegat idem Commendator Thorunensis quam nobis scripsit quum, antequam predicti Marschalcus et Commendator Thorunensis ad dominum M. Dominum predictum fra-

trem nostrum carissimum uenisset, permisissemus Nobilem Andream Secretarium nostrum hortandum et inducendum predictum fratrem nostrum ut eis fidem non debeat adhibere nec eos ad huiusmodi fraternitatem comportandam admitteret, de quo admirabamur non modicum nec mirari sufficimus et quis nam sit iste qui tales nouitates ad noticiam uestri deduxerit cum tamen istud nunquam mentis nostrae fuit. Sed postquam ista ex tenore litterae Commendatoris legi comperimus in magnam admiracionem ducti sumus et predictum Andream in presencia baronum nostrorum accersitum requisiuimus, si predicta ex parte nostra aut nomine suo coram prefato fratre nostro dicere umquam habuisset, qui respondit nobis quod ista numquam de ore suo processissent uelletque hoc ipsum fateri in presencie sepescripti domini M. Domini fratris nostri carissimi. Ma . . . compater carissime si fuisset nobis aliqualiter de S. v. suspicio non huiusmodi honorem sinceritatis uestre fouissemus quem plures principes uolentes habere saepius requirebant nos petentes uolentes diligenciam eorum apponere et finem bonum inter nos et saepius dictum fratrem nostrum facere. Sed nos sinceritati uestrae plus aliis et de uobis habentes fiduciam sinceritatem uestram in talem comportatorem amiciciae et caritatis fraternae assumpsimus. Quare adhuc si potestis offerentes uos ad premissa ut scribitur ut de S. v. gerimus plenam fidem quantum est in nobis efficiatis ut cum fratre nostro in pristina caritate ad tempora uitae nostrae persistamus. Insuper scribitis nobis de Nunciis domini Regis Romanorum et Ducis Magni fratris nostri charissimi, qui ut famatur per quemdam terrigenam nostrum existunt deputati ut liberi a captiuitate restituti eorum rebus quae receptae sunt, dimitterentur quod non processit de mente nostra Sciat amicicia uestra, quod istis temporibus et ante intendentibus venationibus et dies consuetos salaciis deducentes elongata a Consiliariis nostris auditis talibus nihil amicitiae vestrae possumus dare per responsum ex quo post recessum nostrum de Sandomiria vim ad loca venationibus tendentes nobis littera vestra supervenit. Sed postquam dantes domino cum Consiliariis nostris in uno loco constituemus, de hoc ipso negotio tractatus speciales habere volumus, et id quod nobis consultum fuerit faciemus praeterea datur nobis intelligi quod quidem certi minuci nostri volentes ab invicem separare dominam nostram velle ut istis temporibus per dominam vestram ire de quo miraremur multum cum habeamus inter nos inscripsionem treugarum et pacis perpetuae si ista admitteretur per vestram sinceritatem. Ideo petimus ut talia quae possent mutuam inter nos amititiam dudum contractam impedire admittere quovismodo non velitis nam magnam nobis de amititia vestra diffidentiam faceretis, si tales qui machinantur in malum et destructionem Coro-

nae regni nostri fautoribus persequi velitis quae omnia admittere cordi nostro non possumus ut ea ita pocedant ut famantur. — Datum in Solecz loco venerationum in Crastino sanctae Crucis Anno Dni Milesimo quadringentesimo tricesimo. —

Nicolaus Drzewiezoky Notarius magnifico et venerabili Domino Pawle de Rusdorff ordinis beatae Mariae virginis Domus Theutonicorum de Prussia Magistro generali Compatri et amico meo carissimo.

IV.

Annus 1430.

Rex Poloniae convenit Wilnae cum magno duce Witowdo.

Rok 1430.

Król polski zjezdza się w Wilnie z wielkim księciem Witołdem.

Wladislaus von gotes genaden konig czu polan et cet.

Grossmechtiger und allirliebster von der czusammenfugunge unsirer beyder czu dem grossen herczogeun unsserm allirliebsten Bruder als wir neest getan haben Thun wir dir czu wissen als wir den selben herren grosfursten wedir mit brieffen noch mit Botscheften nicht haben mogen brengen das her czu uns queme czu Nyem uff der Brucken adir andirswo doch am leczten umb des besten willen czu enden haben wir uns selbir czu em irhaben her hat abir seynen herczogen und freyen uns czu Eron entkegen geschikt von den selbin sien wir erwirdiglich und wol gehandelt an dem tage abir unsir czusammenkommunge nemlich am phingsten neest vorganghenen do ist der selbe herre der grosseherczog mit syner liebsten hawsfrawen und dem hoemeyster von preussen, dem herczoge von Moschywen, von Tweren und Rosnen und allen andern herczogen und synen dynern und Bannefurreren ferrer denne eyne meyle uns entkegen von der willa kommen, doselbst er uns erbarlichen emphangen hat und mit

sussten halsen gehalst und eynander gekesset haben dornoch qwomen wir czu sampne am morgen zum selbin herren Grossfursten In den rath und ouch czum meyster von prussen und mit alle unsir beydir Rath do Bath uns derselbe unsser bruder der grosherczog In kegenwertigkeit Irer aller das wir alle czweytracht und missfallunge czwichen uns und des Romischen und hungerischen herren konynge die czwuschen uns entstanden sien. Ouch von der Grenez wegen czwuschen uns und des meysters des Ordens von pruwssen das wir umb das alles uff den selbin herren hertczog gwomen bey em czu bleyben und das wir auch uff seine Cronunge uns willigeten em czu gonnen und wir nu noch rath unsserer prelaten und freyen die wir dann bey uns gehat habn die is also rieten, haben wir uns der sache czu em czu kommen gewilliget und seyn des offen kommen umb alle Czwietracht und stos czwuschen uns und des Konynge czu Ungarn ouch des homeyster czu Pruwssen derselbe hertczoge die Orthel die her dorumb vellen sal hat her uns ussgesprochen als von des Konynges wegen czu Ungarn das her uns das Landt czu Rewssen czu sprechen soll uns czu bleyben ewiglichen ouch unversereth der briff czwuschen uns und unsir Crone und ouch des selben romischen Konyges und seyner Krone die dorumb gemacht sien und ouch von der Grenitz wegen unsrirs konigsreich und das Landt der Cruzherrn das das bleyben und bestehen soll noch begerunge der herren von grossen polan vormols erfunden dieselben czu beheften, solichs alles ab das not wut hat derselbe unsir bruder uns versprochen mit seynen Eyden und ouch mit seynen brieffen das czuvorvesten. Abir von seiner Cronunge wegen haben wir em geantwortt wie wir uns dorumb beraten wellen und neigunge thun noch Rath unssir alden unsir Land praelaten herren und andir unsir landlewte und underthenige. Gegeben czu der Wille am Montage noch hedwigis im dreyczigsten jore.

Copia wie der Konyg von Polan vom tage czur Wille hat geschrieben et cet. —

V.

Annus 1431.

Praelati et barones Majoris Paloniae petunt a magistro generali, ut vasallos regis Poloniae, qui bona in Nova Marchia possident, a jurisdictione judicum Novae Marchiae liberet.

Rok 1431.

Prełaci i baronowie wielkopolscy proszą mistrza wielkiego, aby poddanych króla polskiego, który dobra w Nowej Marchii posiadają, uwolnił od juryzdykcyi sędziów Nowej Marchii.

Venerabili ac Magnifico domino paulo de Russdorf Ordinis Theutonicorum beati Marie de Prussya Magistro generali in sui absentia dominis marschalco et Commendatoribus fautoribus nostris dilectis. —

Venerabilis et prestantissime fautor et Amice noster carissime hodie nobis hic in Conuentione presentibus Nobiles Wedelszii Serenissimi domini nostri Regis ejus Wasalli et Omagiales nostram accesserunt presentiam exponentes Qualiter de quibusdam bonis que in districtu Nowemarchie possident sub vestra dicione, quamuis in Regno predictum domicilium cottidianum continuent Ad vestram et vestrorum officialium trahuntur presentiam iudicandi, presertim occasione quorundam Armigerorum Regni huius hostium, qui publicis insidiis eius cominabantur incomoda, quos swasu consilii eorum quos ipsis prefatus dominus noster mandauerat audiendas tamquam fideles wasalli et seruitores prefati domini nostri Regis et Regni aproposito ipsorum perverso vi Armorum communium represserunt nec aliquod obprobrium vel preiudicum inde ordini vestro uel ejus subditorum emersit, Recenti autem adhuc subsunt memorie capitula condiciones et articuli concordie concepti inter Regnum, et ordinem quorum Regulacioni circa judicia subditorum partis Regni et ordinis inuiti debuerunt Aquibus pa Regni nunquam declinauit sed firma semper ea seruauit constancia et seruabit Quocirca petimus et in desideriis optamus quatenus prefatos Nobiles Jurisdicioni Regni suppositos a foro suo trahere differatis usque felix auspicium presenciis mutuis

inter vos arridebit. Datum in Sczoda die dominica proxima ante festum Sancte Pasche virginis Anno domini Millesimo quadringentesimo XXX. primo. —

Prelati et Barones Majorispolonie
in hac Conuentione et dieta congregati.

VI.

Annus 1431.

Rex Poloniae scribit ad Sigismundum regem Romanorum, se non posse illi auxilium ferre contra Bohemios.

Rok 1431.

Król polski pisze do Zygmunta króla rzymskiego, że mu nie może dadź pomocy przeciw Czechom.

Serenissimo Principi domino Sigismundo dei gracia Romanorum Regi semper Augusto ac Hungarie, Boemie Dalmacie, Croacie et cet. Regi Illustrissimo fratri et compatri nostro carissimo.

Serenissimo principi domino Sigismundo dei gracia Romanorum Regi semper Augusto ac Hungarie Boemie, Dalmacie, Croacie et cet. Regi Illustrissimo fratri et compatri nostro carissimo Wladislaus eadem gracia Rex polonie princepsque lithwanie Suppremus et heres Russie et cet. salutem et fraterne caritatis incrementum, Serenissime princeps frater et compater noster charissime recepimus et audiuimus nuper uestrae fraternitatis litteras ad quas quia nostrorum prelatorum ac baronum presencia conuenimus non uoluimus fraternitati uestrae hactenus respondere. Ex quibus nunc cetera cognouimus curam sollicitudinem diligentiam et laborem que circa reduccionem Boemorum ad gremium sancte Matris Romane Ecclesie et ipsius unitatem, uestra fecit fraternitas et adhibuit. Quemadmodum effectus et opera uestra a temporibus retroactis demrarunt (?) et continuo demrarunt (?), pro quo frater carissime non ambigimus uos

primum ab altissimo in futura cum laude et honere in hac uita receptaro, uerum frater charissime in eisdem litteris fraternitatis uestrae comperimus, quod prefatorum Boemorum nuncii constituti apud fraternitatem uestram. Illa que cum ipsis dum essent, apud uos tractauimus diffitentur, de quo non mediocriter admiramur. Cum circa huiusmodi tractatus nostrorum ducum, prelatorum, Baronum doctorum et Magistrorum, generalium de diuersis nacionibus fuerit congregacio satis magna. Qui omnia que uestre descripsimus fraternitati ita fieri et tractari audiuerunt et omnia premissa nostri nuncii qui fuerunt in praga prout fraternitas uestra per petrum de lancoschin intimauimus confirmarunt. Ceterum frater carissime scribitis nobis quod decreuistis contra prefatos Boemos et ad ipsorum exterminium in Brachio dextere excelsi cum sacri Romani Imperii Electoribus et aliis katholicis principibus consurgere, Requirentes nos ut uestrae fraternitati contra eosdem subsidia faciamus, frater carissime quamuis credimus uestram fraternitatem in parte non latere, tamen pro clariori informacione omnia uestri notificamus uestram fraternitatem per presentes, Quod dux Swidrigal frater noster germanus, sublato de medio magnifico et praeclaro principe olym domini Alexandro, alias Wyteldo magnod uci lithwanie, qui tam magnum ducatum quod circa terras et dominia lithwanie et Russie de manibus nostris tenuit ad tempora uite sue sibi concessa coadimatis sibi nonnullis in hac parte complicibus tam lithuanis quam Rutenis nobis rebellibus eumdem magnum ducatum cum terris ac dominijs ad nos Jure hereditario et successionis spectantibus, quinymo et magnam partem terre podolie ad Coronam Regni nostri a diu pertinentem occupauit uiolenter et hactenus contra omnem nostras uoluntates detinet occupata. Et quamquam sepius fraterne et caritatiue per nos et per diuersos ambasiatores nostros et nuntios solennes pontifices, prelatos et Barones hortati fuerimus eumdem ut predictum ducatum cum terris et dominiis sic ut prefertur, occupatis nobis restituisset, et super differenciis inter nos subortis nobiscum amicabiliter conuenisset, et composuisset, Tamen nulla potuisset via aut racione flecti ad amplectendam aliquam equitatem propter quod oportuit nos quamuis cum magno dolore cum terrarum nostrarum exercitibus consurgere, pro rehabendis et reacquirendis predictis terris et dominiis nostris uiolenter occupatis. Et iam de facto cum dei auxilio stamus in hoc loco cum gentibus et exercitibus nostris congregati processuri ulterius illic qua diuina clementia nos conuertet, propter quod frater charissime huiusmodi nostris agendis et negociis sic preuenti et occupati non ualemus uestre prestare subsidia fraternitati quod tamen alias grata prestitimus uoluntate, dum nobis agenda propria non incumbebant. Misimus nunc ad re-

quisicionem fraternitatis nostre gentes armatas non in paruo numero Moraniam, qui qualiter circa Ciuitatem uestram bolomuncz suscepte et tractate fuerunt, uestra fraternitas non ignorat demum uersus Bessarabiam similiter iterata uice cum magnis misimus aliam gentem impensis. Vos igitur charissime frater requirimus et hortamur petentes ex affectu quatenus reciproce et uicissim in hac nostra necessitate nobis iuxta inscripcionem inter nos initas et finitas, subsidia faciatis. Et nullatenus dubitamus, quin uestra fraternitas in hoc casu nos non deseret, sed nobis syncero corde et iusticie nostre firmiter assistet. Et ut uestra fraternitas non ignoret qualia et unde prefatus frater noster dux Swidrigal querit sibi subsidia mittimus fraternitati uestre cum presentibus cunctarum suarum litterarum Boemis et Sigismundo Choributhi, scriptarum copias in publicam formam cum apposicione decreti Episcoporum Cracouiensis et Chelmensis redactas quod cum nunccio in eisdem expresso per Capitaneum nostrum lanciciensem sunt atestate, de illis autem terrarum nostrarum subditis, quos dicitis prefatis Boemis facere subsidia, taliter vestre fraternitati respondemus, quod dudum omnibus comisimus nostris firmis et seriosis regalibus in mandatis ut redirent et quocunque reversi in conceptum nostrorum mandatorum non fuerunt, omnia bona sunt confiscata et juxta qualitatum concessuum puniuntur. Datum in loco Campestri exercituum nostrorum super fluvio Bug prope Horodla sabbato in Vigilia sanctae Mariae Magdalenae, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo.

Ad mandatum domini regis Vladislaus de Oporor decretorum doctor.
Rp. Vice Cancellarius.

Caput XVI.

Acta diplomatica regnante Vladislao Jagiellone, de Anno 1431 ad annum 1434.

Rozdział XVI.

Akta dyplomatyczne za panowania Władysława Jagiełły, od roku 1431 do roku 1434.

I.

Annus 1431.

Rex Poloniae certiorem facit magistrum generalem de bello feliciter gesto contra magnum ducen Swidrigalium.

Rok 1431.

Król polski uwiadomia wielkiego mistrza o szczęśliwie prowadzonej wojnie przeciw wielkiemu księciu Swidrygale.

Wladislaus Dei gratia, Rex polonie Lithwanieque princeps Supremus et haeres Russie et cet.

Magnifice et uenerabilis amice et Compater noster carissime. Post felicem egressum nostrum et exercituum nostrorum ad Castra metanda et bellandum pro

Iniuriis et offensis nobis multipliciter illatis Contra Ducem Swythergal fratrem nostrum zelo dileccionis et ex affeccione singulari, quam ad uos et ordinem uestrum gerimus puro corde de occurrenciarum nostrarum disposicione solito amiciciam uestram curauimus auisare, sed post scripta nostra que amicicie uestre pridie de triumpho nobis in eodem Duce Swythergal ab alto concesso misimus. Non occurrerunt alia scribenda usque heri que similiter amiciciam uestram latere nolumus ymo confisi de sinceritate uestra pro speciali refrigerio notificamus. Quomodo eiusdem Ducis nuncii uidelicet Andruschko Nyemyrowycz et Babcza milites die hesterna ut perfertur ad nos uenientes uigore litterarum credencialium ex parte et nomine predicti ducis ac ceterorum Ducum et Boyarorum Magniducatus Littwanie et Russie petiuerunt Maiestatem nostram requirerente, quatenus ex utra parte in duodecim Consiliarios compromittere ipsorumque decisioni, discussioni et arbitrio stare et consentire dignaremur. Nos itaque Consiliariorum nostrorum deliberato et maturo accedentes consilio predicti Ducis et nunciorum eius uotis uelud possibilibus et congruis acquieuimus et consensimus. Ad Ducem concessimus largiti sumus ad nos et exercitus nostros secure ueniendi, standi et cum Baronibus et Consiliarijs nostris practicandi, placitandi et arbitrandi de bono pacis, qui si negocia nostra bona concludent fine bene quidem sin autem nihilominus salui et securi cum eorum rebus et comitiua ad propria reuertentur ueneturique sunt ad nostros exercitus feria sexta proxima super premissis tractaturi uerum ulteriorem a nobis ipsis terminum deputari pecierunt, nequaquam tamen ipsis uoluimus acclamari Nam dilationes in huiusmodi nostris negocijs omnino refugimus, quia autem pro uoluntate nostra idem nuncii breuiorem terminum nobiscum acceptare predictum ultroneos se obtulerunt. Tum ex ceteris aliis indiciis que in eorum sermonibus cognouimus, speramus in dubio quod cum predicto fratre nostro et Terris Littwanie et Russie negocia nostra fine optato ad uota nostra domino cooperante terminabimus. Eciam inpugnantibus nobis tam Bombardis quam telis et aliis diuersorum generum offendiculis et instrumentis tam continue quam intensissime Castrum Lutzko Capitaneus ceterique duces et Boyari in eodem Castro degentes Maiestati nostre attentius supplicarunt ut ipsis a die date presentis solum ad diem terciam proximam treugas impartiri saluumque conductum ad ducem Swythergal prefatum accedendi quibusdam ex eis concedere dignaremur qui tempore medio honori suo consulcius prouidentes eundem ducem uolunt auisare de conseruacione quam ulteriori et tuicioni Castri se excusare. Si uero infra tres dies ipsos et Castrum prefatum predictus dux non oppugnauerit, promiserunt nobis ipsum Castrum dare et effectualiter resignare quorum pe-

ticionibus similiter annuimus et concessimus ipsis treugas ad diem terciam usque ad solis occasum quidquid autem inde noui emerserit amiciciam uestram curabimus absque mora nouellare.

Dominus Rex
per Se.

Vehemencius tamen admiramur ex eo quia amicicie uestre sepe numero scripsisse nos meminimus a uobis uero nulla responsa hucusque habemus sed an Capitaneorum nostrorum negligencie aut cui alteri ad culpam debeamus imputare ignoramus unum est pernecessarium de quo pridie amicicie uestre scripsimus uidelicet de Conuencione per utrumque nostrum Consiliarios die crastina celebranda quam ad requisicionem Commendatorum Thorunensium et eius collegarum nobis nomine uestro et Ordinis ac terrarum uestrarum prussie factam fieri consensimus et cum eisdem nunccijs uestris dum apud nos in proximo in Bierz fuerunt constituti celebrari concluseramus, licet nos celeriorem et breuiorem terminum grato et libenti animo prefixissemus. Tamen uoluntati nuncciorum uestrorum predictorum contrauenire noluimus. Sed in eadem stetimus et modo contenti stamus, nominauimusque et misimus Reuerendissimos in Christo patres Dominos Albertum sancte Ecclesiae Gueznensis Episcopum et primatem Stanislaum poznaniensem et Johannem Wladislauiensem Episcopos et Venerabilem et strenuum Wladislaum de Opporow decretorum doctorem prepositum lanciciensem, Regni uero nostri polonie Vicecancellarium et Nicolaum Thumygrala Capitaneum Juniwladislauiensem plena potestate suffultos ad huiusmodi Conuentionem consumandam et perficiendam, an autem ipsa conuentio in effectum procedat nec per uestram amiciciam neque per prefatos Ambasiatores nostros usque modo non sumus informati. Igitur rogamus amiciciam uestram ex affectu uelitis nos super premissis per presentem portitorem reddere cerciores, pro complacencia nobis plurimum grata et accepta. Datum ante Lutczko in statione Campestriali exercituum nostrorum feria tercia in uigilia Assumptionis beate Marie virginis gloriosae Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo. —

Magnifico et venerabili domino Pawlo de Rusdorff Magistro generali ordinis Theutonicorum de Prussia, amico, Compatri nostro carissimo, etc.

II.

Annus 1431.

Rex Poloniae queritur Regi Romanorum de ordine Theutonico.

Rok 1431.

Król polski żali się królowi rzymskiemu na zakon niemiecki.

Serenissimo Principi Domino Sigismundo dei gracia Romanorum Regi semper Augusto et hungarie Bohemiae Dalmacie, Croacie et cet. Regi Illustri fratri Compatrique nostro carissimo Wladislaus Dei gracia Rex polonie lythwanieque princeps suppremus et heres Russie et cet. salutem et fraterne caritatis continuum incrementum. Serenissime princeps Illustris frater noster charissime non sine graui cordis amaritudine uestrae fraternitatis contra et aduersus Religiosum Paulum de Russdorff Magistrum generalem ordinis Cruciferorum de Prussia et eius ordinem cogimur querelari quod stantibus federibus perpetuis inter Regnum nostrum et Ordinem prout uestra fraternitas notum dubitare non expedit. Nec parte nostra aliquibus principis uiolatis ecce Regnum inuaserunt, cremauerunt, dampnificauerunt nobis in longinquis existentibus et pro iniuriis nostris contra hostes nostros, qui patrimonium nostrum abstulerunt nobis bellantibus et agentibus cum ipsis Cruciferis nullomodo ad hoc competebat interesse nisi sola cupiditate et ambicione terrarum nostrarum Et si saltim de hoc per aliquam iniuriam cartam uel nunccium ipsorum nos monuissent si quid ipsis intererat quando exercitus nostros contra fratrem nostrum Ducem Swidrigal congessuitis (²). Sed primo postquam iam fuimus in terris nostris nobis ablatis nullis uos presens auizamentis sicut congruit legali honestati preminuentes. Incendiis, depopulacionibus, Rapinis, deflorationibus uirginum non parcentes utriusque sexus spiritualium et Religiosorum Infanciumque occisione Regnum nostrum aggressi sunt. Sy enim prestiuissemus tucius Regnum nostrum et sub custodia reliquissemus meliori et tum eciam affidati fuerimus satis per legaciones uestras Regales nuper nobis per petrum Lanczicz ski sub sigillo Regali uestro ad nostras legaciones reportatas et tanto plus securi fuimus quod nichil presumpsissent attemptare. Ne uestrarum legacionum uiolarent conceptus et cum sanctissimi domini nostre pape Eugenii moderni litteris

bullatis ipsis directis Ne se ingererent de aliquo inter nos et predictum ducem Swydrigal fratrem nostrum nisi que pacis essent et aliis ex parte ipsorum cruciferorum assecurati cautelis qui nuper circa festum sancti Georgi nobis in Byetz conscitu et parantibus nos contra prefatum fratrem nostrum per Commendatorem Thorunensem et certos Terrigenas et Ciues de terris Prussie collegas suos ex parte ordinis terrarum et ciuitatum prussiae tunc ad nos missos nedum de pacis perpetue federibus per presens inter nos habitis et firmatis inuiolabiliter seruandis tenendisque nos affidauerint et assecurauerint Integritatemque confideri per nos de ipsis habende sine uacillacione diffidentia alicuius nobis Corone et Consiliariis Regni nostri promiserunt fide obs . . . (?) dicta eorum contestantur. Sed et maioris ualetudinis robore si necessitas expeteret huiusmodi pacis federa ex parte Magistri Ordinis perorarent gratissime confirmantes. Tandem nos uelut de tantis confidentes assecuracionibus securi exiuimus Sy iuste fecerunt uel legittime fraternitas uestra auscultet et quilibet poterit racione fruens tante iniurie et grauiminis omnis Judicis reprobare placeat igitur fraternitas uestra attentis huiusmodi iniuriis nostris quibus ab hostibus nostris teste Deo afficimur minus iuste Inscripciones et iuramenta mutuo habita et firmata memorie commendare et huic nostre necessitati fraterne subuenire iuxta litteras et federa inter nos inita et contracta. Summe enim placuerunt nobis uie modum amoris restaurandae inter nos ab utroque indiccione in Articulis quos nobis fraternitas uestra per nobilem petrum lancziczsky nostrum utriusque fidelem dilectum contente et expresse quarum ultima magis accomoda aptiorque uisa est quam fauente altissimo fraternitatis uestre et nostris feliciter terminatis ac digestis negociis quibus ad presens uterque occupamur et fraternitas uestra sana incolumi felicique redeunte ad Regnum amplecti uolumus de die loco et tempore Conuencionis prelatorum baronum nostrorum utrorumque ad hoc destinandorum a iuramentis premissis qui ad locum in nostris inscripcionibus expressum conuenientes differenciis et odia inter nos quolibet enutrita diuina Illustrati sciencia complanabunt. Ad quod opus quitissimum consumandum perficiendumque eciam uestra fraternitas non cesset prout incepit aspirare Et super hijs et aliis negociis utriusque nostrum diuina fauente clementia fine bono terminandis si placent fraternitati uestrae et postquam appropinquauerit fraternitas motis uestra Regni hungarie personaliter nobiscum conuenire aut prelatos et barones in loco In inscripcionibus expresso pro ipsis discernentibus locare grati annuimus postulantes de eo per fraternitatem uestram finaliter reddi cerciores. Alia prefatus petrus Lanczyiczky lacius per uos de eis informatus, fraternitati uestrae oretenus perora-

bit. Cui fraternitas uestra indicendis ex parte nostri petimus adhibeat plenam fidem. Datum in Lublin Sabbato die in crastino sancte Crucis. Anno domini Millesimo et cet XXXI.

Ad mandatum Dom. Regis.
Nicolaus Drzewytzski.

III.
Annus 1431.

Rex Poloniae queritur Palatino Rheni Ludovico de Paulo de Russdorf, magistro generali, qui rupto foedere cum Polonis invasit hostiliter Poloniam, cum magno duce Lithuaniae, Swidrigalono.

Rok 1431.

Król polski skarży się Ludwikowi wojewodzie reńskiemu, na Pawła de Russdorf mistrza wielkiego, który złamawszy pokój z Polską zawarty napadł wraz z wielkim księciem litewskim Swidrygałem, po nieprzyjacielsku Polskę.

Wladislaus Dei gratia Rex poloniae lithwaniaeque princeps supremus et haeres Russiae et cet praeclaro ac magnifico principi domino Ludowico Comite palatino Reni Duci Bauairiae et Sacri Romani Imperij Archidapifero Illustri principi Ellectori amico nostro charissimo Salutem et sincere amoris continuum incrementum praeclare et magnifice princeps amice noster carissime. Insperatas Iniurias dolo fraudeque delicata nobis Regnoque nostro per Religiosum Paulum de Russdorff Magistrum Prussiae ordinemque suum irrogatas tanto dolore suis uestrae sinceritati exponimus quanto inexecrabilius ex adipe iniquitatis et fidei fraternae ipsas comperimus prodigisse. Qui licet super omnibus et singulis differenciis et displicentiis quomodolibet olim introductis et dudum amicabiliter transactis et sopitis nobiscum et Regno suppositisque nostris perpetuae pacis fidera iniuissent, Ipsamque litteris et inscripcionibus firmassent et demum persequentes amiciciam et pacem huiusmodi uinculo compaternitatis cum eodem Ma-

gistro pawlo legati fuerimus ut tanto in utrisque amicabilis nobis permaneret caritas fortuna radicata quanto praestancius speciali connexione firmaretur. Tamen nouissime terras Littwanorum et Ruthenorum patrimonii nostri Regno nostro perpetuis et firmissimis tempore quibus multis incorporatas priuilegiis quae semper nostro subiacebantur Imperio de manibus Ducis Switrigali fratris nostri easdem temerarie occupantis cum potenciis nostris et Regni poloniae in fortitudine dextere diuine ui armorum nobis recuperantibus, et ecce Idem Pawlus et Ordo ruptis huiusmodi pacis perpetue federibus considerantes nos longe a finibus terrarum suarum cum potencijs nostris elongatos terras Regni nostri hostiliter inuaserunt. Ipsas rapinis, incendiis, depopulacionibus et aliis meditabilibus dampnis uastando spiritualium et secularium sexui non parcentes nec etati Terras nostras et dominia pro se indirecte ambientes Et si inscripcionibus eorum obseruanda pace perpetua nobis et Regno nostro non assecurassent profecto ipsis cum diuino praesidio qui semper non nostris meritis Sed exhabundancia suae ineffabilis bonitatis dirigit gressus et actus nostros foeliciter resistendi dolis ipsorum non obstantibus quibuscumque occurrissemus propter quod sinceritas uestra profunditate uestra subtilis intellectus attendere dignetur. qualis quantaque sit hec religio sub cuius habitu Magister et ordo predictus Scismaticis et ceteris paganis Tartaris praebet audaciam Cultores sacrosancte. Romanae Ecclesiae opprimendi aliaque que ipsi perpetrant inhumanissima crudelissimaque nedum Longum sed horrendum esset exarare pro quibus non indignum putauimus iuste iniuriarum . . . deo conqueri de ipsis sinceritati uestre totique orbi Christiano pro iusticie nostre patefaccione clariori. Ceterum Nobilis Nicolaus Rudnisyky ostensor huius familiaris noster fidelis sufficienter de ipsis edictus per nos sinceritati uestrae referet uiua uoce. Cui in dicendis ex parte nostra sinceritas uestra adhibeat per omnia plenam fidem. Datum in Kraonystau feria quinta infra octauas Natiuitatis Marie uirginis gloriosissime. Anno domini M° CCCC° Tricesimo primo.

Ad mandatum Domini Regis.
Nicolaus de Drzewica.

Praeclaro et Magnifico principi domino praelibato. —

Et ego Johannes Luchini de Canuciis clericus Cremonensis, et cet. ut supra.

Et ego Antonius Guidonis Clericus . . . . . et . . . . publicus et cet. ut supra.

Et me Johanne Baltar de Sico Clerico con .:. . dioeceseos publicus, et cet. ut supra.

Et ego Johannes Tollner clericus Leodicensis dioeceseos publicus et cet ut antea. —

Littera reverendissimi domini Bartholomaei Archiepiscopi Mediolanensis feria indiecione treugarum.

IV.

Annus 1431.

Rex Poloniae scribit Swidrigaloni, se certiorem factum esse, Ordinem ad bellum se parare, invasurum Poloniam.

Rok 1431.

Król polski pisze Swidrygajle, że został uwiadomiony, iż zakon uzbraja się na wojnę i zamierza Polskę najechać.

Wladislaus dei gracia Rex polonie Littwanieque princeps supremus et haeres Russie et cet.

Preclare princeps frater noster carissime. Quamuis fraternitas uestra nobis pridie primo per strenuum Andream Secretarium nostrum subcamerarium Dobrinensem et Thesaurarium Regni nostri nobis sincere dilectum et demum per Michaelem Marschallum fraternitas uestra intimat quod uelletis pacistreugas conceptas et patentibus litteris cum appensione sigillorum Ducum, Baronum et Bayorum utriusque nostrûm roboratas et cum adherentibus nostris inuiolabiliter obseruare. Nunc autem scribunt nobis Capitanei nostri maioris polonie quod cruciferi horum omnium immemores non attento eo quod sufficienter per fraternitatem uestram huiusmodi treugepacis existunt informati cum ipsorum exercitibus diuisi in tres partes dominii nostri Regni machinantur inuadere et iam defacto prout sumus cercius informati per nostros ad istam partem Visle continue transfretantur. De quo miraremur si ita esset et quod deberent aliquid contra inscripciones et premissa uestrae fraternitatis quod forte uergere uideretur in dedecus uestrae fraternitatis attemptare presumerent, ex quo non alium praeterquam fraternitatem uestram qui ipsos predictis treugis inseri procurastis cum

Ducibus et Bayoribus uestris admonere deberemus. Quare uideretur nobis honestum et racione consonum ut ex quo fraternitas uestra habuit facultatem dictos Cruciferos et adherentes uobis Treuge huiusmodi inserere eosdem restringat et retineat a talibus ne maiora odia et displicencie inter nos si quidem absit aliquid attemptabunt, oriantur et succrescant. Ecce eciam pridie uestri de Olesko irruentes in domum Dawydowsky Judicis nostri Russie oblat omnibus de domu sua rebus domum ipsius succenderunt ubi multa familia per ignem est consumpta et illi eciam Makoseize parimodo irruentes in bona ipsius iudicis qui habet sub Castro nostro Trebow praeter quam quod recepta preda de eiusdem bona ipsius recedere noluerunt, nostri insequentes eos aliquod ex eis prostrauerunt adhuc nescientes qui fuerunt predicti fractores Treuge Et ad hoc discesserunt receptis omnibus postquam autem woyewoda ipsius transiuit ibi uolens experiri ab eis quae causa esset recepcionis bonorum ipsius in tali Treuga. Predictum uero Maukoseyte et eundem Woyewodam huc usque detentum restituere non aduertunt quamuis sepius requisiti fuissent pro restitucione ipsius. Eciam scribit nobis Capitaneus noster Lauciciensis litteram quam fraternitas uestra presentibus inconclusam dirigimus ex qua et aliis prescriptis fraternitas uestra intelligere poterit an honestum sit Cruciferos contra inscripciones huiusmodi et promissa fraternitati uestre talia attemptare. Insuper fraternitas uestra ut cognouimus ex litteris uestris nouiter nobis missis uellet se ingerere de Tenutis illis wetle, Rathno, Grodlo et cet. que omnia eciam tempore Concordie inter nos ante lutzkam per duces prelatos et Bayores utriusque nostrum intractatibus erant et in pace stare usque ad conuencionem supra festum purificationis proximum debuerunt et non uideretur nobis honestum quod fraternitas uestra ante illud tempus oppositioni deberet attemptare. Quare uideretur nobis melius consultum quod fraternitas uestra ad diem conuencionis predicte super sedeat et maturius deliberet. Ex quo non alia preciosiora sunt conseruacione honestatis. Alia wilczok ostensor presencium familiaris dilectus lacius de eis informatus fraternitati uestrae dicet cui in dicendum ex parte nostra fidem uelitis adhibere per omnia creditiuam Datum In Premislia feria sexta proxima ante festum Sacrorum Symonis et Jude Apostolorum. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo primo.

Zu Morungk am frytage uor Elizabeth uom Grosfursten. Copie des koniges brieffs uon polan.

est tradita.

V.

Annus 1431.

Rex Poloniae refutat querelas ordinis, qui se laesum a Polonis dicit.

Rok 1431.

Król polski zbija skargi zakonu który się od Polaków, skrzywdzonym bydź mieni.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie lithwanieque princeps suppremus et heres Russie et cet.

Praeclare princeps frater noster carissime. Heri sedentibus nobis ad mensam Umicza nunccius fraternitatis uestrae uenit ad nos et litteram inscripcionis sigillo uestro roboratam attulit in qua uestra fraternitas promittit et se obligat ad statuendum et presentandum Rumpoldum et Gastoldum cum aliis captiuis dicto loco et termino in dicta littera inscripcionis uestra contentis et cet. frater carissime uisa et recepta eadem littera uestra ad uota et complacenciam uestrae fraternitatis eosdem demittemus et in proximo ad propria proficiscentur. Eciam id nunccius uester presentauit nobis alias litteras vestrae fraternitatis in quibus continentur querele Cruciferorum et Walachorum quod per nostros sub spe earum pacis Treugarum asserunt se uexari et dampnificari et cet. frater charissime saepius per scripta et nunccios nostros uestram fraternitatem habuimus auisare super Iniurijs, uiolenciis, rapinis et multis offensis, quibus per prefatos Cruciferos et Walachos nos et nostri subditi uexamur et absque intermissione lacessimur. Et nouiter strenuum Manzyk dilectum nostrum in aliis et eisdem negocijs direximus conquirentem contra eosdem Cruciferos et Walachos Ecce iterum superuenit nobis littera Capitanei nostri Maioris polonie in qua scribit quod idem Cruciferi de nowa Marchia pontem super fluuium Drawa in ochziet retro Castrum nostrum wieleny succindere et funditus distruere procurarunt et mandauerunt manu forti et multa alia ab eis sustinemus que ista uice describere praetermittimus. Vestra autem fraternitas querelas nostras parui reputatis in iusticiam deducendas. Ecce scribit uestra fraternitas quod nostri in quodam molendino Magistro Prussie uiolenciam fecissent, de quo nos deberemus querelare quod

ab eis nobis talis uiolencia sit illata prout hoc ipsum predicto Mauzikoni commisimus uestrae fraternitati referendum lacius Similiter Walachi conquiruntur de nostris quod aliquibus iniuriis uexantur pro quibus dum a nostris Capitaneis experimur hoc ipsum ita non inuenimus, pocius enim nostri molestiis ab eis perferuntur Ceterum pridie per Michalconem nostrum scribit fraternitas uestra uolens informare utrum congregatis potencijs nostris ad Conuencionem inter nos celebrandam exercitualiter transire debeamus et de eo uestra fraternitas auisaretur et cet. frater charissime non intendimus neque uolumus nec inuenietis conceptu huiusmodi aliquando quod gentes armorum ad huiusmodi conuencionem duceremus, solum treugaspacis inter nos factas attendimus, quas tenere et illese uolumus obseruare. Sed si uestra fraternitas hoc ipsum pretendit potencias uestras mouere ad eamdem conuencionem prout de eo pluries a diu informauimus quod tamen nequaquam credere possumus et nec audienciam de talibus concedere curamus. Extunc super hijs uestra fraternitas ne mentem uestram nobis per scripta uelit aperire. Item scribitis eciam de Hrodlo et Lopaczin quod nostri iusserunt se de eisdem ut pridie scripsit uestra fraternitas quod eadem bona fecisset uestra fraternitas tenere pro se in possessionem. Et similiter hoc ipsum dux Cazimirus nepos noster scribit nobis quod eadem bona de facto per vestres jam occupantur. Animadvertat vestra fraternitas si haec concernant fraternitas vestra eam rem quod ex una parte quaerelamur et ex alia parte tollitis vi quod fraternitatem vestram facere non licet. Si quid autem videretur vobis fore onorosum super eo debetur vestra fraternitas usque ad decisionem dominorum supersedere. Et nos ipsi taliter consueti sumus facere. Item frater charissime nunciatur nobis de Curia romana quod cruciferi ipsi de nobis sunt conquesti quod nos deposuissemus puchalam cum aliquibus Bohemis terras ipsorum devastare et pacis federa violare. Hoc tamen manifestum est, quod nos nec aliquid nomine nostro contra ipsos aliquid attemptavit et talis querela est contraria in omnibus veritati. Multa enim alia similia eis coram fraternitate vestra fuissent volentes inter nos majores discordias seminare. — Item fraternitas vestra affectat ut unum ex Baronibus nostris ad Complanandum et videndum injurias et differencias inter subditos nostros et vestros exortas versus terras Podoliae mitteremus, hoc libenter facere parati sumus. Sed quia conventionis tempus appropinquat quod interim eadem tempestive non poterit determinari. Nihilominus si placet vestrae fraternitati in eo effectum habere aviset nos et quem ad id deputare praetenditis. — Datum Cracoviae feria quarta ipso die Sancti Stephani, Anno domini millesimo quadringentesimo XXX primo.

Relatione venerabilis Vladislai de Opporow regni polonie vicecancellarii. —

Praeclaro principi domino Boleslav alias Switrigail duci Lithwanie fratri nostro charissimo.

VI.

Annus 1432.

Rex Poloniae queritur Pontifici maximo de Sigismundo magno duce Lithuaniae et de episcopo Vilnensi.

Rok 1432.

Król polski uskarza się papiezowi na Zygmunta wielkiego Xięcia litewskiego i na biskupa wileńskiego.

Serenissime in Christo pater domine Reuerendissime filiali recommendacioni in omni humilitate ac Reuerencia premissa cum omnimoda promptitudine famulatus ad deuota pedum oscula beatorum pater beatissime. Rediens ad nos uenerabilis pater dominus Petrus Capellanus noster deuotus dilectus quem uti sanctitati uestre placeat eadem sanctitas nuper in Episcopum promouit Samaytharum et pastorem pro quo Sanctitati uestre dignas referimus graciarum acciones. Idem dominus Episcopus retulit nobis qualiter sanctitas uestra certas bullas nobis in causa nostra contra Sigismundum assertum litthwanie ducem Episcopos Wilnensem et Camenicensem aliosque emulos nostros sicuti ab eodem Episcopo samaytharum Capellano nostro intelleximus ut ipse Sigismundus Canthoralem nostram nobis reddere et de nostro patrimonio terra littwanie condescendere ac alias ipse cum Episcopo Wilnensi aliis emulis nostris nobiscum deberet Concordare. Tenorem autem earumdem bullarum sanctitas uestra nobis ad plenum non uoluit explicare, quoniam easdem bullas sanctitatis uestre ipse dominus Episcopus redeundo ad nos in terra Wallachie siue Moldauie arrestatus presens coac-

tus fuit occulte circa quemdam suum fautorem antiquum derelinquere propter imminens sibi periculum. Nam Woywoda dominus terre Eiusdem non stat in bonis punctis nobiscum Bullasque sanctitatis uestre Erasmo Metropolito terrarum Russie per Sanctitatem uestram destinatas apparuit et cum intellexisset quod pro sola unione uestra Sanctitas scriberet, eidem ipsas reddi mandauit quas bullas deportauit usque ad nos. Illas uero bullas sanctitatis uestrae in causa nostra cum predicto Sigismundo et Episcopo Wilnensi et cet. secum portare ausus non fuit cum ipse occulte per fautores de terra ipsa fuit Conductus et usque modo ipse bulle ad nostram noticiam non potuerunt peruenire. Sanctitati uestrae pater beatissime multimodas referimus graciarum acciones de pio et paterno feruore quem sanctitas uestra pro honore nostro exhibuit et in futurum speramus non cessabit exhibere. Ut autem sanctitas uestra perfectius innocessat malitia Illius Sigismundi et Episcopi Wilnensis aliorumque traditorum nostrorum quam ferunt et excogitant contra nos incessanter. Ipsi enim sicuti dominum suum naturalem uerum et legittimum pronum et heredem terre littwanie nullis demeritis nostris contra nos iusta et probabili causa non habita tam iniuriose tamquam scelestino se contra Juramenta propria nobis prestita contra omnem iuris et equitatis disposicionem et contra honorem et dignitatem immemores omnis dileccionis et beneficii que multimode eis Impendimus sathagentes personam nostram apprehendere atque prodere quod tamen Altissimus custodiuit de sua et imensa pietate nos pro eadem terra nostra hereditaria prodicione tradiderunt et de eadem expulerunt et quod dolenter referimus consortem nostram legitimam decentem cum omni familia utriusque sexus inhoneste tenent Captiuam ut nos et ipsam sine spe sobolis si perdere non possent saltem tenerent in hac uita. Hijs malis non contenti. Sed de die in diem quibus modis et uijs et studijs contra nos effundunt et incessanter mala et hijs deteriora excogitant lingwa hominis deprimere nec stylus scribentis ualet exarare. Nam hijs nouissimis diebus quod Sanctitati uestre pater beatissime multa amaritudine cordis proponimus ipsi nephandi et scelestuosi traditores uestri Sigismundus et Episcopus Wilnensis periniquam et miram astuciam induxerunt quosdam Ruthenos principes et nobiles qui cum ipsis nos in lithuania tradiderunt ut ipsi tamquam sub spe ueritatis ad Erasmum predictum Metropolitum generalem omnium terrarum Ruthenorum destinarent pro gracia nostra per eum ipsis Ruthenis impetranda et cum eis in grenicijs super eo Conueniret quia pociores de terra littwanie ad nos Conuertere uellent et cum eis nobis fideliter inseruire. Cumque ergo ipse Metropolitus cum eis Conuenisset sicuti informationem a Sigismundo et Episcopo Wilnensi ipsi

Rutheni acceperant datis multis pactis et promissis preterea quod in proscripcionibus eorumdem Sigismundi et Episcopi et aliorum expressa sunt, quas proscripciones eciam eidem Metropolito assignarunt ut nos et fideles nostros Catholicos iuxta formam et informacionem sibi datam traderet atque perderet. Ipsisque Sigismundo et Episcopo Wilnensi assignare terras nostras accepta igitur in sese tradicione illa. Ipse Metropolitus quibus modis processit diffusum esset describere et thediosum audire uestre sanctitati. Sed ultimo sic finem recepit. Cum iam Castrum nostrum Smolensko tradere debuit presens tamen unita tota terra et iuramentis inuicem astricta sub spe boni non dans eis intelligere animum malignum propositum praeter paucos in eodem Castro Smolensko et aliquibus alijs principibus in alio districtu. Tandem palatinus noster eiusdem Castri Georgius butrim Catholicus fidelissimus instructu spiritus sancti ut estimamus maculose premunitus Iniunctis iam in terra preuoribus existentibus in unum absencia animositati amabili in Curiam ipsius Metropoliti irruit, ipsum detinuit cum sibi adherentibus traditoribus et litteras proscripcionis eorumdem traditorum reperit quas de Consilio nostrorum maudauimus sub publica manu transsummi et de Ruthenico in latinum transferre procuratorique nostro uenerabili domino Johanni Niclosdorf procuratori nostro Sanctitatis uertre Cubiculatorio transmitti Sanctitati uestre et omnibus Catholicis quibus expedit exhiberi ut pateat filiitas et tradicio predictorum uniuersis Sanctitati uestre humillime supplicamus ne tradiciones huiusmodi ducentur in sequelam aliorum dignetur Sanctitas uestra sicuti melius nouerit talia uero pertransire surda aure neque impunita permanere ut alijs cederet in exemplum Sanctitatis uestrae bullas ipsi Metropolito traditori directas occasione unionis sancte legi maudauimus Coram terrarum nostrarum Russie subditis principibus spiritualibus et secularibus licet dudum eos ad hanc unionem hortando induximus qui solum ad patriarchum Constantinopolitanum respiciunt plurimum tamen ex scriptis Sanctitatis uestre fuerunt Consolati. Cui Patriarche et imperatori Grecorum aliisque omnibus in terra Ruthenorum prefectis longe ante scripsimus per sacrum Concilium basiliense auisati sunt et nunc ad bullas sanctitatis uestre recentes misimus nunccios nostros et quantum uolemus iuxta uires Curam gerimus Circa ipsos Ruthenos pro eorum ad sanctam Romanam Catholicam et sedem apostolicam reduccione Immensas graciarum acciones referimus Sanctitati uestrae pro graciis spiritualibus a pena et a culpa nobis destinatis utinam altissimus aperiret pacis et tranquillitatis uias quas Poloni et littwani Occupant ut possemus prout efficiamus Sanctitati uestrae condignam Reuerenciam et honorem exhibere Quam ut obnixe precamur ipse Creator om-

nium conseruare dignetur sanam et incolumem per diuturna tempora Regimini Ecclesie sue sancte datum est in Smolensko Castro nostro die XXIII mensis Junij Anno et cet.

Reuerendissimi in Christo patres domini prestantissimi seruicia nostra semper parata cum debita reuerencia et honore premittimus Reuerendissimis patribus uestris dudum ex litteris et legacionibus diuersis Reuerendissimorum intelleximus studiosissimos labores sanctissimi operis quos in sacro Concilio indefesse geritis pro santa fide Catholica et singulariter pro unione et reduccione Grecorum et Ruthenorum et ritum susciperent et tenerent quam sancta Romana tenet Ecclesia Catholica nostra mater hortantes nos quatenus uostram adhuc operam et curam Circa Imperatorem Grecorum patriarchas et Metropolitanum studeremus adhibere ut ad ipsam sanctam unionem se efficaciter paratos et beniuolos exhiberent et ad sacrum Concilium celerius proficerentur et cet. Cupimus Reuerendissimis patribus uestris notum fieret quod nos receptis primis litteris uestris Reuerendissimis patribus cum dicta Reuerencia dudum eosdem Imperatorem et patriarcham Constantinopolitanum necnon et Erasmum Metropolitanum generalem omnium terrarum Russie multa sollicitudine auisauimus prout et exnunc iterum ad ipsos Imperatorem et Patriarcham Constantinopolitanum misimus litteras et nunccios nostros diligencius adhortando ut ad hanc sanctissimam unionem mentibus et Corde uehemencius aspirarent terrarum quoque nostrarum subditos spirituales et seculares ad hanc unionem sanctam adhortando induximus qui ad ipsam unionem sanctam tota mente anhelant et super eo dirigunt patriarchas Constantinopolitano sua scripta ad eamdem sanctam unionem ipsum incitando et an incomitiua ipsius patriarche uel pro se suos Ambasiatores ad sacrum Concilium destinare debeant ipsum requirendo. Misimus eciam adulteriores terras Ruthenorum uidelicet in Moskwan, Tseram, pskoro et ad magnum nowegrod quemadmodum de anno preterito sic et depresenti eos studiosissime hortantes ut se disponerent ad hanc sanctam unionem et beniuolos et paratos exhiberent qui .... respectum habent ad summum patriarcham Constantinopolitanum. Nos eciam cum ipsos Ruthenos ad sacrum Concilium cognouerimus proficisci Ambasiatores nostros solempnes non tardabimus illinc destinare cum pleno mandato et autoritate ad Confirmandum et tenendum ea omnia que in hoc sacro Concilio per sedem apostolicam et uestras Reuerendissimas per decreta fuerunt Conclusa et determinata.

Porro Reuerendissimi patres lamentabili querela ad uestrarum Reuerendissimarum paternitatum deducimus noticiam dolorose proponentes contra aduersos

Episcopum Wilnensem et Sigismundum littwanie ducem qui non Contenti de eo quod nos dominum suum naturalem et uerum heredem Terre et magni ducatus Littwanie et memores fidelitatis et iuramenti nobis prestiti nulla iusta et racionabili caussa contra nos habita contra omnem iuris equitatem contra omnem spiritualium et secularium fidelium dignitatem et honorem, contra animam et Conscienciam propriam et breuiter contra omnium celestium et terrestrium ordines et Contra Coeli et mundi et que in eis sunt creatorem tam maliciose, scelestuose et inique tradiderunt personam nostram apprehendere et de hac luce delere non ualentes de ipsa terra nostra Littwanie nos fugamus. Conthoralem nostram Carissimam legitimam ac eius familia utriusque sexus hucusque Captiuam detinent inhoneste hijs malis non Contenti sed quod dolenter referimus incessanter maliciam suam contra nos exquirentes. Nouissimis diebus noua Contra nos subordinauerunt tradimenta. Nam quosdam Ruthenos qui cum eis prius in terra nostra littwanie nos tradiderunt eosdem iniqua astucia induxerunt ut ipsi quasi in spem uirtutis predictum Erasmum Metropolitanum generalem omnium terrarum Ruthenorum scriptis et nuncijs suis solliciti auisarent et Rogarent quod ipse eisdem Ruthenis principibus de littwania graciam nostram impetraret et eos uiceuersa ad nos reduceret et cum eis in granicijs super eo Conueniret. Cumque sic ipse Metropolitanus cum aliis Ruthenis per Sigismundum et Episcopum Wilnensem missis et subordinatis Conuenisset. Commissum eis tradimentum per Sigismundum et Episcopum Wilnensem cum ipso Metropolito multis pactis eidem promissis ad effectum perduxerunt et litteras Sigismundi et Episcopi Wilnensis aliorumque baronum de littwania assignarunt eidem et econuerso Metropolitus eisdem litteras suas assignauit. Jamque ipse Metropolitus iuxta illorum missorum Sigismundi et Episcopi Wilnensis informacionem et de morte nostra et nostrorum fidelium et de tradicione Castrorum Ordinare. Sed pijssimus Saluator noster Jesus Christus qui saluat sperantes in se tradimentum illud mirabiliter a nobis et fidelibus nostris auertit. Nam unica die ante cum Castrum nostrum Smolensko per Metropolitanum iniquum traditorem ad manus Sigismundi et Episcopi Wilnensis nostrorum traditorum et inimici erant preuoribus tradi et recipi debeant in nostri absencia fidelissimus noster Georgius butrim palatinus ipsius Castri uerus Catholicus imaculose premunitus et talia tradimenta cognoscens mira animositate in Curiam ipsius Metropoliti irruit et eam cum alijs traditoribus detinuit. Castrumque ipsum et Consequenter alia Castra et totam terram atque patrimonium nostrum et nostrorum fidelium saluam proseruauit pro quo saluatori nostro et ipsi fideli nostro tamquam principali agimus gracias immen-

sas Illarum igitur proscripcionum Sigismundi et Episcopi Wilnensis et aliorumque traditorum ipsius adherencium. Ipsi Metropolito traditori nostro factorum Copias sub transsumpto publici notarii dirigimus procuratoribus nostris venerabilibus domino Andree phaffendorf decretorum doctori et domino Johanni niclosdorf legum quibus incommissis dedimus ipsas Copias coram Reuerendissimis paternitatiti uestris et ubi necesse fuerit producere et demonstrare. Quamobrem Reuerendissimos patres deuotissimo studio deprecamur quatenus animaduertentes nephandissima tradimenta et inenarrabilia mala predictorum Sigismundi ducis et precipue Episcopi Wilnensis qui persona spiritualis reputatur dignemini uos patres Reuerendissimi in hoc circa ipsos traditores et maleficos exhibere prout decet ne malicia eorum maneat impunita Sed puniatur.

VII.

Annus 1432.

Vladislaus Rex Poloniae queritur Magno duci Swidrygieloni de ordine, qui in Poloniam invasit et multa damna fecit.

Rok 1432.

Władysław król polski żali się wielkiemu księciu Swidrygiele, że zakon Polskę najechał i wiele szkód zrządził.

Wladislaus Dei gratia Rex poloniae littwaniaeque princeps supremus et haeres Russiae et cetera.

Praeclare princeps, Illustris frater noster carissime. Reuersi ad nos a. f. v. Oratores nostri videlicet reuerendus in Christo pater Dominus Joannes Episcopus Wladislaviensis et Magnificus Laurencius zaranaba Castellanus Syradiensis et Capitaneus Weluuensis syncere nobis dilectus inter cetera retulerunt quomodo f. v. de dampnis quae nobis per prutenos seu cruciferos et Walaches

